[illegible] et Joachim de [illegible]

Chronica Fratris Martini
Ioachimi de Numeris in
Theographiam.
S. Thome de duobus Mandatis Dilectionis.

104.

N. Inv. 104.

CCI.
38

Mare maius modo · quondam mare pontic
· et durat per longū miliaria m · v · per
transuersum · miliaria ccl · Mare de
abacuc siue de sarra · durat p longū
miliaria m · v · et vltra / p transuersum
durat miliaria viij · nec coniungit cum
aliquo mari · et distat a mari maiori
per miliaria cccc · et dictū mare multa
et diuersa flumina ingrediunt · et specia
flumius vnus permaximus · qui dicit
Til · et est opinio q sit flumius q dicit
Tigris · vnus ex flumys qui egredit
de paradiso / Est autem aqua optima
· Et sciās q dictus flumius ingredit
mare p̄dictum per ducentas foces
· per quas ingrediuntur et exeunt na
ues Galee · et alia lingwa · non tamen
sunt facta · sicut lingwa nra ·
Sebasten seu sauastit modo · quon
dam samaria · Armenia minor modo
· quondam cilicia · et ibi est Tarsum
· vnde fuit btus Paulus · et est ibi
layach · que quondam dicebatur egea
· Ciprus modo · quondam Cethim / Tau
risius modo · quondam Susis in re
gno persarum · vbi dominatur modo
carpenta tartarus · Baldach ē ciui
tas super eufraten que fuit edifica
ta de magna babilonia · et est prope
ipsam ad tres dietas · nec modo pot
haberi accessus ad eam · ppter feras
bestias · dracones et serpentes · Alai
modo · quondam Elamite · Tarta
ria modo · quondam Comonia
Variaco nominum · quarunda terrarum
et prouinciarum · que aliē nunc et quida
aliter vocari solebant · Vngaria
modo · quondam pannonia dicebat
· Bulgaria siue azagora · quonda
licaonia · Constantinopolis mo
· quondam Bisanciū · Macedonia
retinet nomen antiquū · Blachia
modo · quida archadia · in qua ē tisa
lia · vbi cesar supauit pompegiū · et
est ibi emacthia · Moreas modo
quōdā achaia · vbi sunt patras et
chorintus · et ibi fuit rex epirotharum
vnde fuit pirrus rex · Thebe m
· quonda Boecia · in wlgari stiua ·
Nigpons modo · quodam delfis siue
delfia · Anatholi mo · quōdā asia
minor · vbi sunt ephesus · smirna ·
Thyatira · Pergamus sardis · phi
ladelfia et leodicia · et ibi etiā fuit Tro
ia · versus brachiū sancti Georgy · quas
terras a xx annis citra turci occupauerūt
Thurchia modo · quonda Bithinia
· frigia · pontus et pamphilia · In fri
gia vero ciuit calcedonia · vbi fuit vnū
de q̄tuor conciliys · et ē ante Constantino
polim p miliare sup brachio sancti
Georgy · In bithinia vō fuit nicena
seu nichia · v fuit pmū conciliū de q̄tuor
· Trapesunda modo · quōdā Capadocia
· Matrica modo · quonda Theman
· Gazaria modo · quida libia · et i ē Cer
sona · v Clemens fuit in exiliū missus
· Mare Tane m · quida paludes · Meo
thides · et arzotus · et girat in circuitu
miliaria mille · et per transuersū
miliaria ccc · Et sciās q dictū ma
re denominatur a flumine thanay
quod ipsum ingreditur · et per dictū
flumen ascendit ad nograt Ciuita
tem / nō tamen in paucis diebus /
Postea sunt Ruthemi · qui ab inde
supius aliquem ascendere non pmit
tunt versus septentrionem · Nec
etiam illi de Nograth · pmittunt
aliquem inferius descendere / Illis
vero Ruthenis de illa patria Tartari
dominantur / et dicitur q Ruthemi
sunt maior nacio que sit in mundo
Et vna prouincia eorum que vo
catur Roscia dicit esse melior con
trata et fertilior de toto mundo ~

Incipit Cronica fris Martini.

Quoniam scire tpa
summorum pontificu
romanorum ac impe-
ratorum, necnon ali-
orum regum co-
temporaneorum
expedit, precipue inter alios Theologis
ac iuris peritis expedit / Ego
fr Martinus domini pape peni-
tentiarius et Cappellanus / ex
diversis Cronicis ac gestis summo-
rum Pontificum et Imperatorum
presens opusculum per Annos in-
carnationis domini ab ipso pri-
mo Pontifice Ihu xpo et Ab
Octaviano primo Augusto sive
Imperatore per Pontifices et Im-
peratores descendendo usque ad Io-
hannem xxi papam deduxi inclu-
sive in una parte eo anno domini
quo creati fuerunt ponendo pon-
tifices in alia parte econtra sub eisdem
annis eo anno quo creatus quisque
fuit ponendo imperatores / Et quia tam
Pontifices quam imperatores Rome urbis
esse dicuntur / Idcirco convenientes arbi-
tratus sum de conditione et statu
urbis aliqua premittere / ut sic de
ipsis pontificibus et imperatoribus
ordinacius possim procedere / Et primo
dicendum est de quatuor regnis maioribus
ex quibus Romanum ultimum et maximum
fuit / Secundo de tempore quo Roma-
na cepit esse / Tertio de personis a
quibus incepit / Quarto de modo quo
incepit / Quinto de Rectoribus et regi-
mine quo profecit. De quatuor reg-
nis maioribus mundi

Sicut ergo dicit
Orosius ad be-
atum Augustinum scribens, a mundi cre-
acione usque ad urbem conditam Anni
quatuor milia ccccmi lxxxiiii or / et
ab urbe condita usque ad Nati-
vitatem xpi anni septingenti et xv
colliguntur / et ita ab origine mundi
usque ad adventum dni fluxerunt
anni v milia c xcix. / Reperiuntur
autem in terra regna quatuor fuisse
maiora secundum quatuor climata mun-
di scilicet Babilonicum ab oriente quod
incepit a Nino tempore abrahe / Car-
thaginense a meridie, quod incepit
tempore Iudicum sub thola duce quo
condita est Carthago / Macedoni-
cum a septemtrione quod incepit
ab Allexandro tempore Machabeorum /
Romanum ab occidente quod ince-
pit a Romulo / Quorum regnorum
duo minora pus et ultimum ma-
iora potentia et duratione leguntur
/ Et sicut omnes hystorie Babilo-
nice, inicium habuerunt a Nino
cuius uxor videlicet Semiramis ba-
biloniam instauravit, sic a pro-
cho qui pavus Romuli fuit, Rome
hystorie inicium habuerunt. sicut dicit
Orosius. Iste dicit a primo anno
imperii Nini quousque a Semira-
mide Babilonia tempore abrahe instau-
rari cepit fluxerunt anni Mcc...or
/ sic a primo anno prochi quo regnare
cepit usque ad conditionem urbis
que facta est a Romulo fluxerunt
anni similiter Mcc...or / Cuius babilo-
nie casum et excidium fecit rex Cyrus
tempore Esdre et Zacharie prophetarum /
Nam cum Cyrus oriente magna ex
parte sibi subiecisset ad Babiloniam
que caput regni fuit accessit / Sed
eufrates et alius fluvius sibi
obstiterunt / Cumque unus de suis
militibus non solum audacior verum
forma excellencior transitum

attemptaret et fluvii rapacitate
absorptus fuisset equus. Cyrus do-
lens pro milite, iratus protestatus
est eum qui tam preclarum militem
vorasset, adeo meabilem faceret
ut genua feminarum transeuntium non ta-
geret, quod et factum est. Nam per capi-
amplitudinem in quadringentos
lx alveos flumen divisit. Sic et
eufraten fluvium validissimum
et per mediam Babilonem flu-
ente a civitate avertit, et sic per
alveum in luto aquarum meatum
sicut prophetavit Abacuk, hostilem
civitatem intravit, cepitque urbem
quam sicut dixit Orosius vel
humano ope constitui vel huma-
na virtute destrui potuisse pe-
ne incredibile apud mortales
erat. Nam et civitas in campi
amplitudine sita undique conspicu-
a, natura loci letissima per quadrum
fuit disposita. Murorum eius lati-
tudo fuit l cubitorum et altitudine
quater tantum. Murus eius co late-
re cocto atque interfuso bitumine
compactus fuit. A fronte murorum
centum portas ereas habebat. Et
civitatem eius ccc octoginta sta-
dios ambiebat, qui ambitus quin-
quaginta et unum miliare contine-
bat. Et alia plura mirabilia de
ipsa scribit Orosius. Sequitur aliud cap.

De tempore quo incepit Roma

Tempus quo Roma incepit
fuit postquam fluxerant a
creatione mundi anni iiii^or milia
ccc octoginta quatuor, anno post
eversione Troye ccc^o liiii^o. Cum rex
Achas regnavit in Judea. Longe enim
ante creationem urbis plerique in
ytalia circa locum ubi postea urbs con-
dita est leguntur regnasse. Quorum

hunc infra dicit fuisse Nemroth

primus Saturnus, eunuchus fit
per Iovem filium suum, fugit a facie
filii de Cretha navigio in ytaliam
veniens prope ubi nunc Roma est
in silvis et rubis, timore filii la-
tuit absconditus. Et ideo Latini
postea regionem illam scilicet ytaliam
quasi absconditam vocaverunt. Qui
Saturnus docuit tunc populos tre-
domos edificare, laborare terras,
plantare vineas et vivere sicut
homines. Nam antea nesciebant
laborare, et vivebant sicut bestie
manducantes glandes et habitabant
in criptis et in casellis de frondibus
coopertis. Et propter hec omnibus non
solum a rusticis silvestribus princeps
eorum factus est, sed etiam deus est nominatus.
Qui rex factus ob timorem filii non
longe a loco ubi nunc Roma est
civitatem construxit quam suo nomine
Saturniam appellavit, que modo
Suterna dicitur, ubi primum granum asseritur
seminatum. Post Saturnum reg-
navit Picus filius eius. Post
Picum regnavit Faunus filius eius
qui fuit pater Latini. Deinde regnavit
Latinus qui latinam linguam emendavit
et Latini de suo nomine sunt appellati.
Hii predicti reges regnaverunt c
et l annis ante adventum Enee, de
quo processerunt reges qui Romam post-
modum construxerunt. De personis a

quibus Roma cepit construi.

Persone vero a quibus Ro-
ma condita est et denominata
a Troyanis id est ab Enea duce Tro-
yanorum originem habuerunt. Nam
Troya capta est tercio anno Abdon
qui iudicavit Israel. Cuius destructio
fuit ante urbem conditam ccc^o xxx^o
anno. Cum propter raptum Helene co-
niuratio grecorum et concursus mille

nauium contra eam venit / et
post decennem obsidionem / Troye
excidium est secutum / in quo de-
cennio quot cruentissimo bello ⁊
quantas naciones ⁊ populos ille tur-
bo inuoluerit atque afflixerit
Homerus poeta ostendit lucidissime /
¶ Post cuius excidium euaserunt
inde eneas ⁊ anchises pater eius et
asthanius filius enee ⁊ nauiga-
tes xij nauibus venerunt in Si-
ciliam / vbi Anchise patre mortuo cum
vellent nauigare in ytaliam
per tempestatem maris venerunt
in Affricam / a Dydone Regina
que Carthaginem dicitur construxisse
nimium adamatus post aliquanto
more contractu relicta dydone
et Affrica in ytaliam deuenit /
Vbi cum in portu vbi tyberis
influit mare applicuisset dictum
est ei in sompnis / vade ad Regem
Euandrum qui regnat in septe
montibus scilicet in eo loco vbi postea
condita est roma / Qui pugnat
contra latinum regem ⁊ tu iuua-
bis eum quia tibi debetur regnum
ytalie / ⁊ ut credas / ecce hoc istud sig-
num quod procedens inuenies sub
arbore ylice suem uel porcam al-
bam cum ·xxx· filijs albis / et ibi
ex hoc euentu ciuitas postea est
edificata que usque nunc albanum
nomen accepit ¶ Cum autem euan-
der vidisset eneam / suspicatus
hostem sibi cum armis occurrit
At eneas hec cernens tulit ramum
oliue sibi ostendens in signum pacis
more antiquorum qui de terra ad
terram transeuntes ne caderent
hostes / ramum oliue in manibus
deferebat · pacem pretendendo ¶ Con-

federati itaque eneas ⁊ euander
contra latinum regem Turnus
vero Tuscie qui fuit gener latini
eo quod lauiniam filiam eius habet
in vxorem venit in succursum
latino regi qui bello simul inito
Pallas filius euandri a Turno
occiditur / cuius corpus ⁊ sepulcrum
in vrbe Romana postea tempore hen-
rici secundi imperatoris inuentum fuit
incorruptum / Cuius vulneris hy-
atus quatuor pedes et semis ha-
bebat / Gigas enim fuit ⁊ corpus eius
altitudinem muri vincebat / Lu-
cernaque ardens ad caput eius in-
uenta est que nec flatu extingui
poterat / nec liquore / Sed cum stilo
foramine subter flammam facta
est / per illud foramine aere intro-
eunte et hoc eius epitaphium
fuit / Filius euandri pallas quem
lancea turni militis occidit / more
suo iacet hic · Hoc corpus iacuerat
in terra retens et incorruptum
septingentis mille ⁊ lx annis /
Quo turno occiso eneas lauiniam
eius vxorem filiam latini regis
duxit in vxorem et post mortem lati-
ni eneas tenuit regnum latinorum
tribus annis ¶ Anno tercio a capti-
uitate Troye eo mortuo accepit
asthanius filius enee quem de tro-
ya secum adduxerat regnum / et
albanum ciuitatem tempore sampsonis
qui iudicauit israel / ibi construxit
a qua ciuitate latini reges dicti sunt
albani ¶ Lauinia vero ab enea
conceptum filium post mortem enee
genuit qui ideo hic postumus dictus est
quia post mortem patris natus / Idem
dictus est siluius quia in silua nutritus
Qui regnauit annis xxix post asth(anium) ,

anchisam/ ꝓpt' que ꝛ omēs albanoꝝ
reges qui ab isto descenderunt sil-
uij dicti sunt ¶ Post hunc rege-
regnauit filius postumi xxx
annis ꝛ vnū ¶ Post hunc Siluiu-
us regnauit .l. annis sb quo
ꝓphetauerunt Gad et Nathan
tpe dauid | Sub quo etc dicitur
Condita Carthago ¶ Post hunc
regnauit Albanus siluius annis
xl. tpe salomonis ¶ Post hunc
regnauit Egisippus siue athis
siluius annis xiiij tpe Roboam i
iudea ¶ Post hunc regnauit Ty-
berius siluius annis ix sb Oco-
zia rege iuda a quo Tyberio Ty-
beris fluuius nomē accepit/ qui
albula ante dicebat᷑/ sz tyberio
intus submerso nomē a vio
obtinuit sicut dicit Tytus liui-
us ¶ Post hunc regnauit agrip-
pa siluius xl annis/ tpe Achab
i iudea. Huius tpe floruit home-
rus i grecia ¶ Post hunc regnauit
aremolus siluius annis xix
tpe ioas i Judea/ hic ꝓsidium
albanorum inter montes vbi
nunc Roma ē posuit ¶ Post
hunc regnauit auentinus annis
xxxiiij q ꝛ pti vrb' nomē hʒ qꝛ
ibi sepultus fuit derelicꝭ. qꝛ fuit
tpe Amasie regis iuda ¶ Post
hunc successit i regnū Romanoꝝ
ꝓcthus filius auentini et regnauit
annis xxi. tpe ozye regis iuda
¶ Post hunc regnauit filius eius
amulius siluius annis xliiij qui
fratrē suū Numitore a regno eiecit.
tpe ioathan regis iuda/ Ex qua
numitoris filia rea noīe tum
virgo erat i templo dee veste electa
Et mars cum ipsa occulte coiu-

buisset nati sunt duo gemelli vȝ
Romulus et remus/ quoꝝ mrē
ꝓpt' incestum que comiserat viua
sepulta/ filij sz Romulus et Re-
mus iactati st' in Rubis ꝓpe ripā
tyberis/ vbi et a lupa lactati
fuisse dicunt᷑ ¶ Reperies autem
eos quidā pastor faustulus noīe
portauit eos ad laurentiā vxore
suam et nutriuit eos ¶ Ipaz vero
laurentiam qꝛ ipsa erat formo-
sa meretrix et multū de corpe suo
lucrabat᷑. vicini eius lupam vo-
cauerunt/ a qua postea ꝛ cellule
meretrium lupanaria dca st'/ hanc
matronam sculpturē veteres i mar-
moribus adhuc i vrbe reputant
¶ Predicti ergo Romulus et remus
cū creuisset congregauerunt pastores
ꝛ latrones ꝛ amulium regē qui
auum eoꝝ numitorē de regno eie-
cerat occiderunt auū suū i regno
reponendo ¶ Ab hijs ergo duobus
sz Romulo et Remo de Enea et
Troyano descendētibus/ Roma con-
structa fuit/ ꝛ nomē accepit/ anno
a destructiōe Troye ccc. liiij sicut
dicit Orosius tpe Achaz regis iu-
da/ **Quomodo Roma fuit inchoata**

Modū autē inchoationis Ro-
mane vrbis denarat Eso-
dius sic dicens ¶ Postq filij Noe
edificauerunt turri confusionis/ Noe
cū aliquibus Ratem ingressus ve-
nit in ytaliam/ et nō longe ab
eo loco vbi nūc ē Roma ciuitatē
construxit noīe suo/ in qua laboris
et vite terminū dedit/ Janus vero
filius eius vna cum Jano filio·
yafet nepote suo et Camese indi-
gena ciuitatem ianiculū construens
regnū accepit/ Hic ē dco Camese

transtiberim palladiu construxit
qd ianiculum appellauit i eo lo
co vbi nunc eccia sci Johannis
ad Janiculum sita e ¶ Eode tpe
Nemroth q' z saturnus a ioue
filio suo eunuchizatus fuit ad p
dicti iani regimen puenit eiusqz
iuuamine fultus construxit cita
te vbi nuc e Capitoliu ¶ Ytalus
qz dicbz ytalus rex ad Janu et
ad Saturnu cu Siracusano ve
nies construxit ciuitate iuxa al
bulam fluuiu qui tyberis p9a
dcus est ¶ hercules qz filius eius
ut Varro scribit ¶ Post hunc ar
gnus veniens fecit ciuitate va
leriam sb Capitolio ¶ Post hunc
rex Tyber ab origine cu gente
sua veniens edificauit ciuitate
iuxa tyberim ¶ Deinde euandr'
rex archadie cum suis fecit cita
tem in monte palatino ¶ Simi
liter rex choriban cum exercitu ve
niens construxit ciuitate d'ppe
in valle ¶ Glaucus et filius io
uis minor veniens ciuitatem et
menia construxit ibide ¶ Post
que veniens filius enee cu mul
titudine Troyanoz ciuitatem
ibide construxit Auentinus qz
rex albanorum i mote auentino
ciuitate z mascolium sibi construxit.

Quomo Romulus omes pdcas ciuitates muro cinxit z Roma vo

Anno aute eccia ¶ cauit
dringentesimo lim°. de
structionis Troye Ro
mulus priami Troyanoz regis
sanguine natus fre suo ia mor
tuo anno etatis sue xxij°. xv kl
maij omes pdcas ciuitates mu
ro cingere cepit z eo suo nomie

Roma vocauit et in ea Sabine
ses Albanenses Politanenses
Celenenses Citanenses Camar
menses Campenati lucam et
omnes pene nobiles de ytalia
cum vxoribus et filijs conuene
runt etiam ibi habitaturi habz
aute Roma turres ccc lx In
circuitu vero eius sunt miliaria
xxij pter tnstiberim z ciuitate
leonina cum quibus d'z hre xlij
miliaria ¶ Et dicit Tytus liui
us in Prologo de Roma q tpe pau
ptatis nusqz alter locus ea sanc
tior nec bonis exemplis dicior
fuit et qnto rerum minus hiut
tanto minus cupiditatis hebat
p9 diuitie auariciam z luxu induxe
runt. Seq'r de Portis Rome vrbis

Porte principales quedam
vrbis fuerunt iste Por
ta capina que dicit' pta sci
Pauli iuxta sepulchru eius Por
ta apia que ducit dne quo vadis
z ad cathacumbas ¶ Porta latina
iuxa qua btus Johannes coctus fuit
¶ Porta asinaria vel lateranensis
¶ Porta metroni vbi riuus influit
ciuitati ¶ Porta laticiana que ma
ior dicit' que e apud scam crucem
¶ Porta thaurina vel tyburtina
q d'r sci laurencij ¶ Porta numenta
na q vadit ad scam agnetam ¶ Por
ta salaria q vadit versus sabina
¶ Porta pinciana que e cta scilice
in pincis ¶ Porta flaminea q est
cta ecclesiam sce marie de ppl'o et
p eam itur ad pontem miluium
¶ Porta colina quae cta tepli
adriani cta porte sci petri transti
berim sut porte tres ¶ Porta septi
mana vbi septe laudes fce fuert.

octauiano imperatori. Porta au-
rea. Porta portuensis. et in Ciuitate
leonina in quibus simul faciunt xvj.
Sequitur aliud Cap. de pallacijs Rome

Pallacium ante . urbem
maius erat in medio urbis
in signum monarchie urbis.
Pallacium Romuli quod erat iuxta
tugurium faustuli. Pallacium
vero Neronis lateranense inter beatos
Marcellinum et Petrum, et domum
est lateranensis a latere septentrionali
plage, in qua situm est, arama
qua nero ibi latenter peperit.
Pallacium susurrianum ubi nunc
est ecclesia sancte crucis. Pallacium
patris ubi romulus posuit suam
statuam auream dicens. Non cadet
donec virgo pariet. Item palla-
cium Troiani. Item pallacium
Adriani ubi est columpna. Item
pallacium Claudij inter pantheon.
Pallacium anthonij ubi est alia
columpna. Pallacium Nero-
nis super hospitale sancti spiritus usque
ad sanctum petrum. Pallacium ca-
milli. Pallacium Julij cesaris
ubi requiescit. Pallacium cro-
macij. Pallacium eufemiani
in monte auentino. Pallacium
Tyti et vespesiani foris muros
ad Cathacumbas. Pallacium
constantini ubi est quidam equus
ereus cum insidente qui dicitur Consta-
ntinus sed non est. Tempore enim quo
consules et senatores urbem rege-
bant. Quidam armiger malig-
ne forme sed virtute audax, quedam
rege potentissimo qui urbem obside-
rat captata hora cum idem rex ad se-
creta nature iuisset, ad locum con-
suetum eum raptum deportauit in
urbem, et sic soluta est obsidio urbis
romanis equatum ad michi illum
deducens, et quod hoc memoriale fieret
est ut armiger petiuit. Item palla-
tium Domiciani transtiberim ad
mitram auream. Pallacium
olimpiadis ubi assatus est sanctus
laurencius. Pallacium octauiani
circa locum ubi nunc est ecclesia sancti
siluestri ad Caput. Pallacium
licinij apud scolam grecam. Pal-
lacium ciceronis ubi nunc est domus
filiorum petri leonis. Pallacium
Catiline ubi est ecclesia sancti Anthonij
iuxta quam est locus qui dicitur infernus,
eo quod eo antiquo tempore erat ibi vo-
rago. eo quia ex illo palacio magnam
romanis pestilentiam inferebat.
ubi martinus Curtius ut libe-
ratem ciuitatis iuxta ipsa deorum acqui-
reret armatus proiecit se, et clausa
est terra, et ciuitas liberata. De palla-
tijs que dicuntur Termie coram quibus
tormentati sunt sancti.

Pallacia vero que dicuntur Termie
fuerunt hec. Termie An-
thoniane. Tyberiane.
Neropotiane. Domiciane. Max-
imiane. Lucinieriane. Dyocle-
tiane. Olimpiadis. Agrippine.
Allexandrine. Sequitur aliud.
De Capitolio quod erat caput mundi

Capitolium vero erat caput
mundi ubi consules et
senatores morabantur ad
gubernandum orbem et urbem. Cuius
facies erecta erat muris altis et
firmis auro et argento undique
coopertis ut essent speculum orbis
omnibus undecumque romam venien-
tibus etc. De templis ydolorum. etc.
In summitate arcis capitolij fuit,

templū iouis in quo erat aurea
ſtatua iouis ſedens in aureo thro
no / ibi etiā fuit templum aſilū
in quo iulius ceſar ē interfectus
¶ Item ſub capitolio vbi iacet ſimu
lachrum mamertini fuit teplū
iouis ¶ Item ibi fuit teplum fatale
vbi nunc ē ſcā martina ¶ Item
ad ſcm̄ Adrianum fuit teplum
refugij ¶ Item ad ſcm̄ ſergium fuit
templum concordie ¶ Item in ca
napara fuit templum cereris et
Telluris ¶ Item templum veſte
vbi dr̄ infernus et draco cubare
¶ Item in eccliā ſcī coſme fuit te
plum aſilum ¶ Item retro ſcm̄ coſ
mam fuit teplum pacis ¶ Item ſu
perius fuit templum romuli ¶ Item
vbi nunc ē ſcā maria noua / fuit
teplum concordie Nota de publica bibliotheca
Ibi prope fuit carta bibliotheca. et
titulatum eo quod ibi fuit publica
bibliotheca de quibus pluries fue
runt in vrbe ¶ Item ante coliſeū
fuit templum ſolis / ubi fiebat
cermonie ſimulachro qd̄ ſtabat
i ſummitate coliſei habens in capite
coronam auream gemmis or
natam / cuius caput et manus ſunt
in laterano ¶ Item Septiſoliū qd̄
fuit vij ordinibus columpnarum
ſublimium / qd̄ fuit templū ſolis
lune ibi prope ē ſcā albina in al
biſton et ibi fuit mutatorium
ceſaris quia ibi fuit candelabrū
factū de lapide albeſton quod ſemel
accenſus et ſub diuo poſitus nul
la arte extinguitur ¶ Qui locus
ideo dictus ē albeſto quia ibi fie
bat albe ſtole imperatorum / ibi prope
altare ē ymago ſaluatoris di
uinitus picta ¶ Curtus priſci
tarquinij qui fuit inter monte
auentinū et mauis pallaciū dua
bus portis claudebatur / vna ab
oriente / altera ab occidente / qd̄
fuit miro pulchritudinis / et
fuit ita diſpoſitum quod nemo ro
manorum offendebat aliud i viſione
ludorum que fiebant ibi / Et erant ibi
duo equi erei deaurati in faſti
dio arcuum ſiue portarum eleuati
vnus ab oriente / alter ab occidente
qui ſua diſpoſitione videbantur
prouocare equos ad curſum.
quos conſtantinus ſecum i con
ſtantinopolim deportauit ¶ Item
in eſquilino monte quod ē inter ſcām
mariam maiore et lateranū vbi
quedam adhuc columpne et yma
gines apparent fuit templum qd̄
vocabatur cymbrum eo quod cymbros
.i. germanos deuicerat ¶ Item vbi
nunc ē ſcā maria maior ibi fuit
teplum Cybele ¶ Item ad ſcām mariam
de fontana fuit teplum fauni
qd̄ ſimulachrum locutum ē iuli
ano et decepit eum ¶ Item teplū
veneris fuit ad ſcm̄ Petrum ad
vincula ¶ Item in monte Celio vbi
nunc dr̄ merſa imperatoris fuit
templum iouis et dyane ¶ Item
iuxta caballos marmoreos fuit
templum ſaturni et Bachi vbi
nunc iacent ſimulachra eorum
¶ Caballi vero marmorei cur
fuerint ſcā breuiter dicam ¶ Tempore
Tyberij imperatoris venerunt ro
mam duo iuuenes philosophi Praxi
teles et Fidias qui penitus nudi in
cedebant quos cum imperator interro
gaſſet cur nudi incederent Reſponderunt

d' ydolo colisei

d' ymagie saluatoris diuinitus picta

qꝛ omnia munda sᵗ nobꝭ ⁊ apta
⁊ qꝛ mundana omnino contempni-
mus et nichil possidemus/ ⁊ qđ
tu dixeris in secreto/ nobꝭ notū
ē ⁊ aptum/ Tunc tu imꝑator com-
periss; ita eē sicut dixerant im-
pleuit eis ꝓmissum qđ petierāt
tale relinquendo memoriale ¶
It ubi nunc dr̄ sta maria rotunda
fuit teplum cibeles qđ fuit te-
plum deorum· de cuius templi
constructione habebitur infra cum
dicetur de domiciano impre/ ¶ Ubi
ppe fuit teplum minerue ubi
simulachrum eius colebatur·
ubi nūc ē ecclīa q dr̄ sta maria
de minerua ¶ Ite ad gradellas·
ē templum solis ¶ It ubi nūc
ē sts Stephanus rotundus fuit
teplum fauni ¶ It in elephanto
fuit teplum cybeles ⁊ teplum
ciceronis ubi nūc ē domus fi-
liorum Petri leonis ¶ Ubi ē cer-
cere tullianus ubi ē ecclīa sti
nicolai ¶ Ubi ē ppe fuit teplū
iouis ubi fuit ꝑgula aurea ¶
It ad stm angl̄m fuit teplum
seuerianum ¶ It ad uellus au-
reum fuit teplum minerue
It i ponte iudeorum teplum
fauni ¶ It ad stm Stephanū
i piscina fuit teplum qđ dice-
bat olouitri totum factum de cris-
tallo ⁊ auro ubi erat astrono-
mia cū omnibus signis celi/ qd
legitur sts Sebastianus cū Ty-
burcio filio cromacii destruxisse·
¶ It ad stam mariam transtibe-
rim fuit templum rauennatium
⁊ fuit domus meritoria/ ⁊ ibi erat
deus victorie ubi morabātur mi-
lites qui gratis senatui seruie-
bant ¶ It sub ianiculo fuit tem-
plum gorgonis ¶ It in insula

fuit teplum iouis ⁊ esculapii
Hec ⁊ alia multa pallacia ⁊ te-
pla imꝑatorum consulum ⁊ sena-
torum ꝑfectorum· erant i urbe
Romana ⁊ fuerunt mire pulchri-
tudinis quo auro ⁊ argento ere ebo-
re ⁊ preciosis lapidibus ⁊ marmo-
ribus colorum diuersorum Sequitur ali-
ud de Rectoribus Urbis

Expedito nō constructione
urbis quanto ad muros
turres ⁊ pallatia ꝑtas
⁊ templa quibus urbs Romana
extitit decorata/ ulterius procedendum
est ad ipsos qui ea regebant ⁊ gu-
bernauerunt/ ut sic conuenienter
perueniamus ad pontifices ⁊ Im-
peratores ipsius ꝑ ordinē adiūctes·
¶ Romulus ergo ⁊ remus sicut
primi Romana urbe condiderunt
sic primi i eadem fuerunt dnāti/ Qui
congregatis pastoribus ⁊ latro-
nibus fecerunt parua ciuitatem
Una i monte palatino ⁊ postea illam
ac ꝑ tyrannidem omnes alias sub-
iugauerunt ibidem constructas/ Sed
Anno tercio ab urbe condita Remus
occisus ē rastro pastorali a fabro
duce romuli cum contenderet frēs
de augurio uolucrum qđ utrumqꝫ
uiderat· Nam sicut dicit Tytus
liuius cum frēs gemelli essent
⁊ eiusdem etatis quis eorum urbe
conditam tamqꝫ senior regeret
contenderunt ut ꝑ augurium deter-
minaretur/ Cumqꝫ ppter hoc in monte
auentinum uterqꝫ cū suis ascen-
dissent/ priori remo dicuntur
apparuisse vi uolucres ¶ Romu-
lo vero cū duplex numerus uolucrum
se ondisset uterqꝫ se facilius au-
gurium habuisse asserebat Remus
ppter hoc qꝛ prius uiderat Romulus
vero qꝛ numero alium superabat dixit

se p̄ualuisse ⁊ sic in sedicionem
versi Remus in turba occiditur
volgarior tn̄ opinio ē Remum
qr̄ nouos muros cont̄ statutū
transsiliat interfcm̄ ¶ Mortuo
igit̄ fr̄e cum Romulus solus
regnaret elegit centum senes p̄
consilio quos ⁊ senatores appel-
lauit ¶ Mille etiā pugnatores
elegit quos a millenario nūō
milites dixit ¶ Cumqz ipse eius
vxores nō haberet p̄ fraudē ra-
puit filias sabilorum · Et ideo
p⁹ᵃ bellum magnū ortū ē · et
a romulo victoria hita Sabini
cū Romanis pacē fecerunt Post
h̄ romulus apud paludē capite
tempestate orta ⁊ tonitruis c̄-
cumdatus nube nunq̄ comparuit
⁊ noīe q̄rin̄ inter deos ē cōsecrat̄
¶ P⁹ Romulū senes p̄dcā repub-
licā rexerunt p̄ anū ⁊ dimidiū
qd̄ regnum appellatū ē inter
r̄ps ¶ Post romulum regnauit
Numa pompeyus xli annis
tpe Ezechie ī iudea · hic p̄mus
militibus stipendia ordinauit
Januariū ⁊ februariū anno ad-
didit Tunc Sibilla Erictea cla-
ruit ¶ Post hunc regnauit ·
Tullius hostilius tpe manasse
ī iudea · hic p̄mū purpurā vsq̄ᵉ
?im p⁹ longā pace bella repa-
rauit Albanos gentes q̄ a Ro-
ma distabant p̄ xviii miliaria
⁊ fedenatos qui p̄ xii distabat
tr̄stiberim vicit ¶ Tandem p⁹q̄ᵃ
regnassz p̄ xxxii annos cū tota
domo sua fulmine arsit ¶ Ista
alia Sibilla que a samo samia
dcā ē tūc claruit ¶ Hoc tpe by-
zancium a rege spartenorum

condita ē que p⁹ᵃ Constantino-
polis dicta ē ¶ P⁹ hunc q̄rtus
Romanorum Rex Actius regnauit
tpe Josie in Judea ¶ hic super
mare xvi miliaria ab vrbe hos-
tiam ciuitatem condidit annis
xxiiii · hic p̄mum ponte tr̄sti-
berim inter motem auentinum
⁊ ianiculum fecit ¶ Post hunc
q̄ntus Romanorum rex Priscus
tarquinius regnauit annis x
xxvii tpe Joachim regis iude ¶
hic circum ad ludos rome edifi-
cauit ⁊ cloacas que aquā et
lutum deferrent ⁊ tyberim co-
struxit Capitolium fabricac̄ cep̄ᵗ
⁊ dcm̄ ē Capitoliū qr̄ cū funda-
menta foderent īnuentum fuit
caput hoīs sine corpe ¶ Post
hunc regnauit Seruius Tullius
sextus rex Romanorum tpe Sedechie
regis iuda qui fossatis circa muros
romanos cinxit ¶ Iste p̄mus
ordinauit ut census tolleret̄ · de
quo ante h̄ ignorabat̄ · Tandem
occisus ē a Tarquinio superbo ·
Hoc tpe excidium iudeorum fcm̄ ē
p̄ Nabuchodonosor rege chalde-
orum tpe zedechie regis iuda ·
¶ Post istum regnauit tarq̄ni⁹
supbus septimus rex romanorum
in dieb⁹ Ciri xxxv annis ¶ Iste
p̄mus excogitauit omnia gnā
tormentorum cathenas ergastula tor-
menta · carceres · compedes ⁊c̄ hic
hic ꝓpt̄ tarquiniū filiū suū qui
lucreciam nobilē feminā gnē
⁊ virtute corrumperet a regno ē
expulsus · Que lucrecia post q̄
ignominia de vitupercis marito et
prī ⁊ consanguineis suis fratrz serpaz
occidit ꝓpt̄ dolore vituperii · Tar-

quirinus de Roma expulsus ad
Porsenna regem clusinum confugit
Qui tempore cum exercitu Tuscorum et ali-
orum contra romam veniens usque ad
littus tyberis etc. Janiculum mag-
num timore romanis incussit Et
pace facta cum romanis obsedit Arctum
Post tarquinum superbum cessaue-
runt reges in urbe regnare et
eliguntur consules. Qui regna-
uerunt annis cc. pl. et ordina-
uerunt romanam republicam rege-
ndam per consules et statuerunt ut duo
consules per unum annum regnaret
Et ideo per unum tantum annum de-
bebat esse ne per protractu temporis ex
dominio in superbiam erigentur. duo
autem eligebantur ut unus alteri
in factis reipublice non poteret. sed alius
alium restringeret. Et tunc roma-
ni adhuc usque ad xv lapides
imperium tenebat miliaria enim
tunc lapidibus distinguebantur
sicut et modo alicubi termini agro-
rum Effecerunt ergo tunc consules
lucium et Brutum. hijs temporibus
pictagoras rome obijt et anax-
agoras ad socrates venenum
rome bibit. Aristoteles platonem
audiuit xviii annum agens. De
Sabinis qui cum Romanis contendunt.

Anno post urbe condita
cc. xlviii. Brutus primus
apud Romanos consul pri-
mus factus est Cuius tempore Sabini
grani manu et apparatu romam
contendunt inuadere propter quod dic-
tatore Romani creant. Cum consules
potentia preiret. hijs temporibus
facta est rome distensio plebis a
senatu. Eo tempore Cyrus rex persarum
Babilonem cepit destruxitque sicut

tactum est supra in principio Sequitur
aliud Capitulum Eliguntur tribuni plebis

Anno xv post hec consules
reges romanorum cessauerunt
regnare et bini consules
facti fuissent populus romanus con-
querebatur de oppressione consulum et
senatus. et ideo facti fuerunt tri-
buni qui essent pro consulibus sicut iu-
dices et plebis defensores. Sequitur leges
Treten. rome deferuntur

Tercesimo autem anno ab
urbe condita tempore consulum
leges athenienses rome delate
sunt in x tabulis quibus due addi-
te fuerunt sicut dicit Tytus liuius.

Cessauerunt consules regnare.

Anno v. ccc. 1o. cessauerunt
regnare consules in urbe.
et in Anno ccc. xv reges
tres victi sunt a Romanis tempore
assweri regis. Circa idem tempus
senones galli cum duce Brenno
pugnauerunt contra romanos
apud albulam fluuium et victi
sunt romani et capta est ciuitas
preter Capitolium quod etiam perdidisset
si pugil ansi romanos ex lassitudine
pugne dormientes clamore vali-
do non excitasset Tribuni a Romanis

Anno ccc. lxvi ordinantur
ab urbe condita loco con-
sulum tribuni a Romanis
eliguntur et ordinati sunt. Tunc
victa est a puerie a Romanis apud
fluuium albulam et viii ciuitates
que sub potestate illius erant adducte
sunt romanis hijs temporibus multa pesti-
lencia et mortalitate est afflicta
roma in ter que in media urbe
aperta est terra et subito quasi infernus.

De tempore vorago magna que rome apparuit.

apparuit et de qualitate fetoris
que occidit multos de quo hec
super notum ubi ponit palacia
Iterato galli urbem aggrediuntur
Et cum unus de gallis Romano
quedam nobilem ad singularem
pugnam prouocasset victor exis-
tens romanus tulit torquem auream
de collo occisi et misit in collo
suo et ex tunc ille romanus et omnes
de suo genere torquati dicti sunt
Alexander magnus nascitur
Circa idem tempus Alexander
magnus filius philippi rex ma-
cedo ex olimpiade nascitur cuius
acta mirabilia et strenua spa-
lem librum requirunt Eo tempore
apius Claudius consul Roma-
norum rome viam appiam strauit
aruaminum in romola et be-
uetum in samia condite sunt a Ro-
manis Sequitur aliud Alexander

Anno · i · magnus regnat
ab urbe condita cccc xxx
vi alexander magnus pro suo
philippo successit in regno et
cum pene tota oriente subiugasset
sperans se et occidente possidere
cum post xii annos regnasset ve-
neno interiit si non subita mor-
te licet infectus esset per venenum
quod usum loquendi non habuit
tamen constituit loco sui pueros quos
nutriuit et post ipsum diuisum est
regnum Sequitur Romani primo potentes esse ceperunt

Circa idem tempus cum
Romani potentes esse ce-
pissent a Samnitis qui
medii erant inter Campaniam
et apuliam aurea et argentea
arma habentes impugnatur et
hoc per Campaniam Cuius terre

bonitas ex portibus marinis
et ex multis aliis claruit equalis
tu in magnitudine Rome Capua
eius caput erat similiterque Car-
thagini Et primo quidem Samite
a Romanis victi post victores
effecti de Romanis ultimo sic
fuerunt a romanis prostrati ex
xxx milibus occisis et rege ipso-
rum cum reliqua multitudine cap-
ta ciuitate funditus diruerunt
Nullus enim hostis romanis fuit
notior quam Samite Sequitur Nota
de Carentinis contra Romanos

Anno ab urbe condita
cccc lxxi Carentini
Romanis se opponentes
et nuncios ipsorum dehonesta-
tes ut romanis cum occasione
resistere possent plurimo finitimorum
presidio fulti pirrum regem grecie
ob magnitudinem uirium et tam
marinis partibus vocabat qui
cum lxxx milibus peditum et vii
milibus equitum et cum xx ele-
phantis usque ad illud tempus
inusitatis a romanis veniens in yta-
liam inito durissimo bello cum
romanis et victus inestimabiliter
rediit in partes suas Tunc Care-
tini contra Romanos fedus ineunt
cum Carthaginensibus et ex hoc
inchoata sunt punica bella Car-
thago enim fuit ciuitas magna
et caput affrice antequam roma lx
xxii annis condita fuit que
Siciliam et alias insulas defen-
dere voluit ne tollerentur a Ro-
manis Anno ab urbe
condita cccc lxxxiii Hanibal

ſemor cum innumerabili multitudine
hom̄ z xxx elephantis naui-
gio ſiciliam aduenit ſꝫ a romanis
Eneo z Gayo conſulibus ibidem
victus ē amiſſa ſua naue in q̄
debebat. Et amiſſis hominibus
z nauibus hanibal vix aufugit.
Attylius vero conſul romanorum
dum contra Carthagine exercitu
applicuiſſꝫ z tribus regibus cum
innumera multitudine deuictis
z lxxxiii(or) nauibus romanis p̄
affricam ſubactis cum veniſſꝫ
ad fluuium q̄ dicitur bagruda ibi ſer-
pentem maximum cxx pedum
qui plures iam homines de-
ſuis deuorauerat occidit z co-
rium eius roma miſit. Tan-
dem Carthaginenſes dum cum
regulo atylio conſule romanorum
pacem facere voluiſſent. z ille
renuiſſꝫ adductis ſibi affrica-
nis regulum bello aggrediuntur
z proſtrato romanorum exercitu re-
gulus capitur z in carthagine ca-
thenatus recluditur. Emi-
lius vero z fuluius conſules ro-
manorum audita calamitoſa re-
guli captiuitate exercitum cum
ccc nauibus mittunt in affricam
quibus cum totidem nauibus
Carthaginenſes occurriſſet vic-
ti fuerunt. Repentina ſubuerſio ur-

bis romane.

Anno ab urbe condita quinge-
teſimo octauo repentina
ſubuerſio contigit vrbi Quinto q̄dem
Lucretio Catulio aulemamo
conſulibus Tyberis inſolitis aucti-
imbribus magnitudineq̄ꝫ redun-
dant omnia rome edificia in pla-
no poſita deleuit. Eodem tempore ſꝫ
tempore Sympronii Gay z Valerii
conſulum galli romanos inuaſerunt
z aduerſus eos varia ſorte bel-
latum ē in liguria z victi ſunt
a romanis. Galli ſiquidem ſunt animo
feroces corpora fortiora aliis hominibus
habentes. ſꝫ hic comprobatum ē q̄ ſicut
in primo impetu virtus eorum eſt
fortior aliis hominibus ſic poſtea virtus
eorum minor ē q̄ mulierum. z hoc
Oroſius dicit. De hanibale im-

peratore affricanorum z de ciuitate

Sagunto.

Anno ab urbe condita quingenteſimo
xxxiii(o) hanibal penorum
ſiue affricanorum imperator Sagun-
tum florentiſſimam ciuitatem romanorum
amicam obſidione fame cruciatam
z captam deleuit. nec legatos ro-
manorum ad ſe miſſos videre voluit.
z tempore Scipionis et Sempronii
conſulum Romanorum verſus ytaliam
contra Romanos perexit ferro viam
aperiens pireneos montes tranſ-
greſſus cum multa labore z bello
ad plana ytalie peruenit. fuitq̄ꝫ
exercitus eius c milia peditum
z c xxx milia equitum. Cui occurrit
Scipio conſul circa ticinum z in con-
greſſu Scipio hanibalem grauiter
vulnerauit. z totus exercitus romanorum
ibidem ſuccubuit pene. Sempro-
nius vero cognito ſocii ſui Scipionis
caſu a ſicilia cum exercitu ſuo re-
diit z pugnans ibidem cum hamba-
le amiſſo exercitu vix ſolus fugit.
Hambal autem cum verſus Tuſ-
ciam procederet primo menſe veris in ap-
penninis montibus tanta nive re-

cidit ut p frigorē omnes elepha-
tes amitteret ⁊ iumenta multa.
Dacs tū hanibal flamiū con-
ſulem ſolum in caſtris rema-
ſiſſe feſtinauit ut citius nō p-
actum obrueret contra quē flamiꝰ
ꝯciens arte hanibali circūuētus
funditus ē trucidatus ita q̄
xxv milia Romanorū ceciderunt
⁊ vj milia capti fuerunt. Max-
ima ſtrages Romanorum.

No primū bellū punicum.

Anno ab urbe condita
cccc xl. lucius emilius
paulus ⁊ publius ta-
rentinus ⁊ varro conſules ꝯt
hanibalem miſſi infelicē ꝯ-
tum pugne apud Canoſam
apulie vicum habuerunt. Na
ī ea pugna xliiij milia Romanoꝝ
interfecta ſunt in illo bello pun-
co ſic Rom ad extremū deducti fue-
runt. periit enī in illo bello con-
ſul emilius paulus conſulares
⁊ pretorij viri xx viri interfecti ſunt.
Senatores omnes vel capti vel
occiſi ſunt xxx nobiles viri
ccc pedeſtrium militū xl milia
equitum. varro conſul cū l equitibꝰ
venuſiū fugit. nec dubiū illū
diē rom ſtatus vltimū fuiſſe ſi
hanibal poſt victoria mox ad
vrbē acceſſiſſet. Hanibal vero
teſtimoniū tante victorie tres
modulos anuloꝝ aureoꝝ car-
thaginem miſit quos ex manibꝰ
nobiliū interfectorum ꝯtraxit ſi-
cut Oroſius. ⁊ in tm̄ iā deſpe-
rauerāt Rom q̄ ꝯ vrbē fugere
volebant niſi Scipio affricanus
tc tribunus militum ſtricto
gladio ipos coercuiſſet tunc ro-
mano de publico edicto ſuos ſer-
uos milites fecerunt. ⁊ arma
dijs conſecrata de templis ꝯre-
perunt. Iunius quoque dictator
antiquū ſeruū tpe romuli reco-
lens p ſupplemento ꝯtatus la-
trones homicidas ⁊ cuiuſcūqꝫ
ſceleris obnoxij eſſet īpunitate
pmiſſa milicie mancipauit
quoꝝ numerus ad vj milia fuit vi-
rorum. et ſic de roma deſperata
ſpē habere cepit. Qui tunc ſi-
cut Oroſius romanā miliciā
vidiſſet pudore ꝯfundi potuiſſet
q̄ niſi aut puer aut ſeruus
aut ſceleratus aut debitor. et
nec ſic quidē nimio ydonea erat
⁊ ſenatus pene omnis nouicius
videbatur. De victoria Romanorum.

Anno. diuina prudentia
ab urbe condita cccc xl
iiio idest ī tertio ſequenti
hanibal de Campania veniens
cum exercitu tribꝰ miliaribus
ab urbe conſedit. Romani vero
tocius ciuitatis cum ſenatu et
pplo ſtupore et metu concuſſi
velud amentes facti ſunt. femine
quoque ad ppugnacula cucurrerunt
ī muris ſaxa reponendo pro pmp-
te de muris repugnare. Han-
bal vero cū ſuo exercitu vſqꝫ ad por-
tam collinam acceſſit. ſed fulniꝰ con-
ſul romanus aduerſus ipm acie
direxit. at ubi congredi debuiſſet
pluuia cū grandine mixta tan-
ta ſe effudit ut turbata agmi-
na vix ad caſtra poſſet redire. Dein
cum ſerenitas rediſſet ⁊ illi acies
ad pugnandum iterū diſpoſuiſſet
iteꝝ violencior tempeſtas veit

compelleretur coactus ad tentoria
redire / et sic hanibal advertens
quod ad subvertendam urbem ro-
manam non obstitisset fortitudo
sed divina miseratio ab urbe dis-
cessit : Secundo Scipio vicit hanibalem

Scypio vero Affricanus
xxvii annos natu ha-
bens transivit in hyspa-
niam missus et primo impetu
novam Carthaginem cepit ubi
thezaurum auri et argenti pro
futuris stipendiis multum in-
venit. Ubi etiam in agone fratrem
hanibalis cepit et Romanis mi-
sit. Scipio igitur post victorias
hyspanie transiit in affricam et
facta pugna cum duce penorum
xl milia de adversariis scipio oc-
cidit et cum omnia depopulatus esset
Carthaginenses mandaverunt
hanibali ut pro succursu eorum
rediret in affricam. Qui flens
reliquit ytaliam et omnes mili-
tes ytalicos qui eum sequi nole-
bant in affricam occidit / et in car-
thagine rediens cum de pace cum
cypione mutuo se videndo trac-
tassent et convenisse congressi
prelio post durum bellum Cartha-
ginenses vincuntur et hanibal cum
quatuor militibus vix aufugit /
Scipio victor seius civitatem
carthaginensem est ingressus Secundo
macedonicum bellum successit.

Anno ab urbe condita quin-
gentesimo lii°. hoc est iterum in tertio se-
quenti anno bellum puni-
cum secundum finitum est quod gestum
est annis xvii. Cui macedonicum bel-
lum continuo successit Quintus

flaminius consul sortitus est post
multa prelia quibus macedo-
nes victi sunt / pace philippo de-
dit romani captivi quod sub han-
bale per greciam venditi fuerant
et recuperati fuerant capitibus rasis
ad detersam servitutem currum secu-
ti sunt triumphantis. Sed post hoc
anthiochus romano populo bellum
parat de azia per mare in europa
transiens. Cui hanibal de affri-
ca ut meus se adiunxit Sed
Anthiocho devicto a Cornelio
Scipione et marco consulibus
et hanibale qui anthiochi ma-
nibus preerat a scipio affricano
devictus et in fugam versus
Anthiochus cum Scipio et ro-
manis pacem fecit / Multa bella
romanorum in diversis partibus
bella pertranseo causa brevitatis.

Tertium bellum punicum

Anno ab urbe condita sexcen-
tesimo secundo idest lxi annis
elapsis in diversis bellis lu-
cio censorino et marco mallio con-
sulibus tercium punicum bellum co-
ortum est. Cum igitur senatus car-
thaginem delendam decrevisset
profecti in affricam consules et Sci-
pio affricanus tunc tribunus car-
thaginensibus evocatis preceperunt
eis ut omnia arma navesque tra-
derent / quod et factum est. Sed carthagine-
nses postquam iussi sunt in ad x milia
passuum a mari recedere dolore
ingenti ducti magis elegerunt
sibi pugnando mori quam recedere / et
elegerunt sibi duos duces scilicet As-
trobolos cum arma ferrea non ha-
berent ex auro et argento ferri mo-

° de bello
anthiocho
contra romanos

priam ad arma facienda supple-
uerunt. No magnitudine ciuita-
Carthagi- . tis et ignem
nis autem situs dicit-
hiuoi fuisse xxx milia
passuum muro vallato tota pe-
ne mari augebatur. absque faucibus
q tribus milibus passuum ope-
bant. Ibidem locus murum xxx
pedibus latum habuit saxo q-
drato i altitudine cubitorum
xl. Arx vero q dicebat- birse
paulo amplius qm duo milia
passuum tenebat. Cum igitur ciuitas a
Scipione z consulibus capta fuisset
xxv milia mulierum z xxx milia
virorum ne clade consumerent i ser-
uitute se tradiderunt, alij vero
voluntarie se potius i igne iac-
tabant qm romanis seruire vellent.
Ipsa vero ciuitas xvij diebus
inseruitque spectaculum cernentibus
prebuit. Diruptaque e autem Cartha-
go omni murali lapide i pul-
uere redacto. Septuagesimo p-
mo anno a fundacione sua. et se-
cundum bellum punicum terminatum
e i quarto anno. Quia totum bellum
durauit. x. annis. De Chorintho

Anno . subiugat- z vastat-.
ab urbe condita sexcente-
simo sexto. hoc e eodem
Anno quo Carthago deleta e
Gneo Cornelio. Lentulo. Lucio
consulibus Chorintus tota urbe
famosa z opulentissima capta
z deuastata e z tota achaia sub-
iugatur a romanis Tantaque ppt
multitudinem statuarum z columpnarum
simulachrorumque auri z argenti
Chorinthio igne succenso genera
metalla confluxerunt i vnum
nouum genus metalli quod ipso
facto quod d- es chorinthium et
vasa quo illo facta vsque hodie va-
sa chorinthia dicuntur. Circa idem
tempus sub Seruio z Flacco consulibus
Rome puer ex ancilla natus e
quadrupes quatuor manus hns
oculos iiij or auribus quatuor v-
ga virili duplicata. In Sicilia
mons Ethna torrente flammeum
eructauit z vicinia combussit.
Item in Sicilia bellum seruile
ortum e quod non solum romanos
sed etiam consules terruit. Nam
sicut Orosius dicit vnde tumul-
tus quanto rarior e ceteris tanto
audacior, libera n multitudo
commouetur ut patriam augeat
seruilis ut pereat. Ceterum Sici-
lia in hoc fuit infelicior quam insula
z nunquam status sui iuris ydonea
fuit nunc tyrannis subiecta nunc
seruis dnatu improbo compescentibus
seruitute. Sequitur aliud ex Cartha-
go xxij anno postquam euersionem reedificatur.

Anno ab urbe condita
sexcentesimo xxvij o.
Lucinio z Tyto flaminio
consulibus Carthago in Affrica
restitui iussa e xxij deinde an-
no qm fuerat euersa. Qua re-
paracio debuit psia p familias
deductas. Illuc ciuium Romanorum
qua eam colerent, z sic restituta
fuit z repleta. Eodem tempore inter
gractum z flaccum consules
magna dissensio orta fuit. Sed
Ad tempus mons ethna vltra solitum.

flammeos ignes euomens Cathi-
nensis ciuitatis terra a cineribus
conspersa calidis cadens fecit eam
cuius leuande cladis causa senatus
romanorum x annorum vectigalia
Cathanensibus remisit. *Sequitur*
Aliud capitulum 2c Bellum contra

Anno ab *aduersus Cimbros*
urbe condita sexcentesimo
xli° idem a restitutione
Carthaginis ad xxij annum C-
neus mallius consul, et quintus
Cepio proconsules bellant aduer-
sus Cimbros .i. Theutunicos
et Ambronas gallorum ger-
manorumque gentes que tunc
ut romanorum imperium ut roma-
norum imperium extinguerent
adunantur, qui multo discrimine
romanorum victi sunt. Ubi quidem mar-
cus emilius consul et duo filij
sui consules occisi sunt. Hostes ro-
manorum c xl milia colonorum oc-
cisi et trucidati sunt, ita quod x tan-
tantum homines qui miserum
nuncium reportarent euaserunt.
Maximus tunc rome non solum
luctus sed eciam timor fuit ne con-
festim Cimbri ytaliam intran-
tes deuastarent. Cum igitur
Theutunici et Cimbri ytaliam
intrassent, et ibi post rigidum
gelu blandioribus aeris pe-
culis et cibis et lauacris emol-
lerentur. Marcus quintus con-
sul et Catulus aduersus eos
missi subito in illos irruerunt
antequam illi aciem ad pugnam
ordinassent. Illa tota multitudo

perturbauerunt et non sine suorum
dampno deleuerunt. Cesa sunt
autem illorum c xl milia capta
hostium absque innumera multitudine
mulierum, que se suosque paruulos fu-
rore diuersis mortibus necauerunt.
In memoriam autem victorie ro-
mani templum magnificum construxerunt
quod usque hodie Cimbrum vocatur
prope sanctam mariam maiorem. *Sequitur*
aliud de bello romanorum intestino.

Anno ab urbe condita sex-
centesimo xlv° a tempore pre-
dicto tribus annis post
Cimbrium et theutunicum bellum
status romanorum per intestinum et
per discordias sic labefactus est ut pe-
ne ad exterminium concideret ni-
marcius quintus leui persuasione
populum commotum sedasset auctoribus
et sedicionis occisis. *Sequitur aliud cap.*
de prodigiis diuersis que rome visa sunt.

Anno ab urbe condita sex-
centesimo lxx. post ad x
annos Julio cesare et Lucio
marcio consulibus prodigia diuersa
romam terruerunt apud Carpi-
tinos cum panes frangerentur
cruor de medio panis tamquam de vul-
neribus affluxit. In Campanitibus
prope Beneventum ex hiatu terre
flamma prorupit et usque ad celum
pertendi visa est. Ut omnia genera
animalium que in terra homines vi-
uere solita erant relictis stabulis
et pascuis cum balatu et hinnitu
ac mugitu miserabili ad siluas
fugiunt. Canes quoque qui per naturam
societates requirunt lacrimosi vlu-

vlulatibus vagantes ut lupi
oberrabant. et hiis prodigiis modo
consecutum est. Nam Julius
cesar apud Samites amisso exer-
citu vix aufugit. Et pompeius
pretor victus est et in diversis pro-
vinciis exercitus romanorum delecti
sunt ita quod senatus iam prescriptam
saga id est veste merorum se induit
et eandem Julio Cesari indue-
dam transmiserat. Sed Julius
postquam hostes qui rem debella-
verant iterato confliges feliciter
vicit saga deposuit. Pompe-
yus etiam prius victus gloriosus
victor constituit. Pompeyus
postea Asculum obsedit et cap-
ta ea xviii milia marsorum cum
eorum Imperatore occidit. De
bello civili romanorum inter se et in-
finita multitudine romanorum occisa

Hoc tempore Rome civile bel-
lum tam crudele fuit quale
numquam in Roma ante consti-
tit. Nam senatoribus et consulibus
aliquibus contra Sillam et aliquibus
cum Silla contra alios pugnan-
tes innumerabilia romanorum sunt occisa
ita quod quintus catullus Sille dixit.
Cum quibus tandem victuri sumus
in bello armatos in pace iner-
mes occidimus. Ad hoc verbo Sil-
la primus in tamen tabula proscripti-
onis statuit et prima proscriptio lxxx
hominum fuit. Secunda quingentorum nominum
inter quos quatuor consules erant
et sic romam aut proscribebantur
aut iugulabantur. Hoc bellum civile
per x annos protractum plus quam c l
milia prostravit romanorum et mor-
tuo Silla finem habuit. Pom-
peyus vero consul orientem in magna
parte expugnavit et cum xxii regibus
Anno ab urbe condita sexcentesimo
nonagesimo tercio hoc est postea ad
xl annos Gayo cesare tres provincie
cum legionibus vii in quinquennium
date sunt Gallia transalpina et
ystricus Gallia comata postea se-
natus adiecit hanc hystoriam
Suethonius plenissime narrat
Galli vero cum Romanis perpetuo pene
bello altercabantur quos renus
fluvius tamen dividit. Cesar vero
primum gallos multis bellis prostratos
superat ac vastat civitatem arver-
norum. deinde in Germaniam facto pon-
te super Renum transiit. post victoriam et
gallorum cesar romam rediit et
sed consilio pompeii sicut debebat
a Romanis non suscipitur. Negataque
sibi ex erario pecunia fractis fo-
ribus erarium spoliavit. Inde ve-
niens ariminum ad legionem
mox transiens alpes marsiliam
et inde in hyspaniam contra pom-
peyanos processit. Inde rediens
in ytaliam pompeyus contra
ipsum et ipse contra pompeyum
bellum parat. Pompeyus in
suo exercitu lxxxviii cohortes
disposuit. Cesar econtra lxxx
cohortes habuit. tandem post
multam pugnam inter se et
casu romanorum exercitus pompeii fu-
git et pompeyus in asiam transiit
Et per tyrum in egyptum venit
ubi per ptolomeum regem egypti
ob graciam Julii cesaris occisus est.

¶ Cesar vero pompeyum psequens
allexandriam puenit, plato ita
q3 ad se z viso capite fleuit et
anulo. Postea romam cesar re-
diens dictator z consul creatus
in hyspaniam contra popeyanos
pcessit, quibus expugnatis ro-
mam redyt. Ibique cum p tercium
z septem menses pncipatu rome te-
nuisset occisus e dolo Bruti z cassy
Fuerat quippe in rome imperatu
ab ipso Romulo sub regibus annis
cc lxxxxvij post sub Consulibus res
acta e annis ccccc plurimis usque
ad regimine iuly cesaris ¶ Obyt
aute Cesar anno lvi etatis sue
Corpusque eius p rogos combustu
e. Statuit aute ppls solidam
columpnam marmoream xx pe-
pedum sup qua tumulatus e
que a Julia dicta e Centesio
aute die ante morte eius ful-
me cecidit uno statuam eius i
foro z de nomine eius supscripto
C capitalem litteram abrupit.
Nocte precedente die obitus fenes-
tre thalami eius cum tanto
strepitu aperte sunt ut expulies e
strati cesar ruituram domum
existimaret. Eode die dum ad ca-
pitoliu iret date sunt ei litte indi-
ces mortis imminentis quas si
statim legisset de morte cauisset.
Sz cum mortuus offeretur inuente
sunt i manu eius adhuc clause
Tunc ex auanta z bone seminu
lanti locutus e bos Cur me ex-
agitas in breui desinet magis
homines quam frumenta. Sequitur
aliud Cap. Octauianus succedit.

Anno ab urbe condita sep-
tingentesimo x anno hoc e
post prius acta ad xiiij a-
nos cesare iam mortuo scilicet Julio
Octauianus nepos Cesaris a-
vonculo successit i dominio Ad-
huc quidem adolescens roma venit
z iuuetute suam ciuilibus bell
expleuit Nam ut breuiter concluda
v. bella ciuilia gessit scilicet mutine-
se philippense, Perusinum Sicu-
lum Acticum Ex quibus primum z
ultimum contra marcum anthonium
Secundum aduersus Brutum Tercium contra
Cassium Quartum aduersus lucium
anthonium, Quintum aduersus pom-
peyum. ·ui· Augustus describitur

Sed Anno ab urbe condita
d cc xxv i post quam ad xv
annos Cesar Augustus
ab oriente victor rediens, tunc
primum a Romanis eo quod rempublicam
auxerit augustus dictus e, quod no-
me posteris successoribus suum a
pnce declarauit imperij. atque ab
illo tempore cepit ptas imperij su-
ma que dicitur monarchia. Octauianus
scilicet augustus. hyspaniam pprio
i bello aggreditur. z alias terras
z prouincias p diuersos legatos
z duces expugnat ¶ Illis temporibus
pannonia vbi nunc sunt vngari p
Tyberium priuignum suum crudelissima
cede deleuit, z continuo germanos
aggreditur, que a pannonia usque ad
renum extenduntur sicut innuit
orosius z solinus, qui dicunt quod ma-
iores fluuij germanie sunt Al-
bia que fluit de Bohemia et

Buttalis que ē Odra q̄ oritur
in Moravia ⁊ Wizla que naſcit̄
in Polonia ⁊ fluit p̄ p̄pam ī orie-
ntem / que germania ꝯtēdit̄.
vſq; ad Renum / quā g̃mania
Octavianus p̄ Tyberiū cū xix
legionibus militum aggreſſꝰ ē
bellans p̄ renum · q̄d bellū a d̄co
fuit maximū ⁊ formidoloſiū rō-
mis ꝙ ſicut Suetonius p̄t pu-
nicum ſiue Carthagineſe nul-
lum maius et periculoſius fuit
Romanis Nam tres legiones
Romoꝝ ibi teciderunt · Cōſeq̄nt̄
agitur de duplici regimine urbis

Sup̄ actum · ⁊ orbis · ec̄.
ē tm̄ de vno regimine
urbis · ſc̄z tp̄ali Cōſe-
quent̄ agend̄ eſt · de duplici cu-
regimine ſc̄z ſp̄uali ⁊ tp̄ali · q̄ꝛ
p̄mū p̄ Summos potifices · Sꝫ m̄
p̄ imp̄atores regebat̄ · Et pon-
tificale q̄dem regimē incepit urb̄
⁊ orb̄ a xp̄o p̄mus q̄ fuit poti-
fex bonorum p̄ncium ⁊ futuroꝝ
Imp̄iale v̄o regimē incepit
ab Octaviano q̄ p̄mus fuit im-
pator ⁊ Augustus urb̄ ⁊ orbis
Sc̄ de pace vniuerſali orbꝰ bene

Anno ergo ab · diſpoſitis
urbe condita dcc̄ lij̊ · id ē
pꝰ p̄us acta xxxviij̊ an-
no Ceſar Augustus ab oriēte
in occidentem / a ſeptētione ī me-
ridie ac p̄ totū occeani circulum
cunctis gentibꝰ ſub vna pace
diſpoſitis cum ipm̄ p̄ deo Rōm̄
vole velles horrendo p̄hibuit
nec dn̄m ſe appellari p̄miſit

Et eod̄ tp̄e natus ē dn̄s ihc̄
xp̄s · Tunc ceperunt duo re-
gimina rōne urbis ⁊ totius
orbis ſc̄z Pontificale ⁊ Impe-
riale / regnum potificale reg-
num p̄ xp̄m · ⁊ imp̄iale p̄ Octa-
uianum · Hij ſunt duo gladij
ſc̄z materialis ⁊ ſp̄ualis q̄ ſuffici-
unt ad regime eccl̄ie / Unde
poſtq̄ dixit bt̄s Petrus dn̄e
ecce duo gladij hic · Dominus
Rndit · Satis ē · Hec ſt̄ duo lu-
minaria magna · que poſuit
deus in firmamēto celi · i · eccl̄ia
militante / q̄ ſt̄ pontifical auct̄s
et Imperialis maieſtas · Int̄
que luminaria ſicut luminare
maius ē ſol / ⁊ minor luna / Sic
ſp̄ualis auct̄s ē maior / et im-
perialis minor · Et Ideo de utraq̄ · D̄ dignitate ·
dignitate volens ſcribē · p̄mo · potificali ·
dicā de Potificali tanq̄ d̄ maiori
luminari q̄ p̄eſt diebꝰ · i · ſp̄ua-
libꝰ / poſtea de Imp̄iali tanq̄ de
minori q̄ p̄eſt noctibꝰ · i · tp̄alibꝰ
Et q̄ꝛ p̄o ī Summo pontifice · i ·
xp̄o ī triumphali eccl̄ia tres
ordines ſiue yerarchie angloꝝ
obſecuntur / ad exemplar illiꝰ
ī militante eccl̄ia circa vicariū
ipius tria gn̄a Cardinalium
obſequencium ipis ſt̄ inſtituta
De ipis v̄o q̄d ſint ⁊ qui ſit / et
ad q̄d ſint ī p̄ncipio breuit̄ eſt
p̄mittēdum · Nūs autē ipoꝝ
Cardinaliū quinquaginta unus
q̄ in tria gn̄a diſtinguunt̄ · Quia
q̄da ipoꝝ ſt̄ domino pp̄e aſſide-

tes ut Epi Quidam assistentes
ut presbiteri, quidam insistentes
vt dyaconi et ypodyaconi ⁊
Epi enim in sollempnitatibus
domini pape sunt assessores, vnde
et ipsi soli inter Cardinales
Cathedris vtuntur. presbiterorum vero
Cardinalium quilibet sua sep=
timana seruans in missis et horis
assistat domino pape. Dyaconi vero
Cardinales insistunt ministerijs
ipsi enim papam induunt, eundemque
sustentantes deducunt, et ei circa
altare seruiunt ⁊ Sunt autem epi=
vij in primitiua institucione, videlicet
hostiensis qui propter pape consecracionem
dignior est alijs et palio vtitur ⁊
Epus portuensis ⁊ Epus Alba=
nensis ⁊ Epus sabinensis ⁊ Epus
prenestinus ⁊ Epus sancte Rufine ⁊
Epus Tusculanus, Et isti epi
tanquam vicarij domini pape dominicis
diebus et festis et precipuis sollemp=
nitatibus in altari sancti saluato=
ris lateranensis Ecclesie debent des=
uire ⁊ Presbiteri cardinales sunt
numero xxviij Qui diuisim per numerum
septenarium residuis quatuor pa=
triarchalibus ecclesijs sunt intitula=
ti ad celebrandum ⁊ Isti septem
sunt intitulati ecclesie sancti petri videlicet
Cardinalis sancte Marie transtiberim
⁊ Sancti Crisogoni ⁊ Sancte Cecilie ⁊
Sancte Anastasie ⁊ Sancti Laurencij
in Damaso ⁊ Sancti Marci ⁊ Sancti
Martini in monte ⁊ Isti sunt vij
alij ecclesie sancti pauli qui debent in
altari maiori deseruire videlicet Car=
dinales ⁊ Sancte Sabine ⁊ Sancte prisce

Sancte Balbine ⁊ Sanctorum Nerei
et Achillei ⁊ Sancti Sixti ⁊ Sancti Mar=
celli ⁊ Sancte Susanne ⁊ Isti sunt
vij presbiteri sancte Marie maioris
videlicet Cardinalis sanctorum apostolorum
Sancti Ciriaci inter muros ⁊ Sancti
Eusebij. Sancte Potenciane, Sancti
vitalis, Sanctorum Marcellini et petri
Sancti clementis ⁊ Isti vero sunt vij
Cardinales sancti laurencij videlicet Sancte
Praxedis, Sancti Petri ad vincula
Sancti Laurencij in lucina, Sancte crucis
in Jerusalem, Sancti Stephani in monte
celion Sanctorum Johannis et pau=
li Sanctorum quatuor coronatorum ⁊
Dyaconi vero cardinales ad ministe=
rium domini pape deputati sunt
xviij scilicet Sancte Marie in domnica et
ille est archidiaconus aliorum Sancte
Lucie in Circo palacij iuxta septi=
solium ⁊ Sancte Marie noue ⁊ Sanctorum
Cosme et Damiani palacij ⁊ Sancti
Adriani palacij ⁊ Sancte Marie in
scola greca ⁊ Sancte Marie in porticu
Sancti Nicolai in Carcere ⁊ Sancti Geor=
gij palacij ⁊ Sancti angeli, Sancti Eust=
achij ⁊ Sancte Marie in aquario ⁊
Sancte Marie in via lata ⁊ Sancte A=
gathe Sancte Lucie in capite subure
Sancti Quirici.

De auctoribus huius operis

Ostenso igitur qui sint Car=
dinales quare dicti et qui sunt quia
Epi presbiteri et Dyaconi
in suis titulis et ecclesijs declarati
Et ad quid sint quia ad obsequium domini
pape et ad v. patriarchalium ecclesiarum
ministerium Consequenter procedendum
est ad Pontifices quibus deseruiunt ma-

pientes a primo pontifice summo scilicet
domino nostro Jhesu christo. Compilaui autem
presens opusculum ex Cronicis Dama-
si pape de gestis pontificum. Item
ex Cronicis Orosii de gestis impera-
torum. Item ex Cronicis pauli ro-
mani diaconi ex gestis utriusque.
Item ex gestis Bonifacii. Item Dutrem episcopi
de gestis Britonumque. Item ex gestis
Richardi monachi cluniacensis. Item
ex Cronicis geruasii. Item ex Cro-
nicis Estodii. Item ex Cronicis
gotfridi bituricensis viterbiensis. Item
ex Cronicis fratris vincencii beluacensis.
Item aliqua ex Tito liuio. Et aliqua ex de-
creto et passionibus sanctorum. Sequitur

De Natiuitate summi pontificis domini Jhesu christi

Anno igitur imperii Octauiani au-
gusti natus est dominus
Jhesus christus filius dei in bethlehe-
m iude ex gloriosa virgine maria noc-
te diei dominice. Qui saluator no-
ster ihesus christus primus et summus
Pontifex noui testamenti sedit in
hoc mundo annis xxxiii mensibus
tribus iuxta illud euangelium. Jhesus
erat incipiens quasi annorum xxx. hic
est incepit xxx annum xiii diebus
eiusdem anni iam peractis. quia eodem
die anno reuoluto conuertit aquam
in vinum. et in sequenti phase in-
carceratus est beatus Johannes baptista
et in alio pascha sequenti est decol-
latus. Crisostomus tamen dicit super ma-
theum quod christus vixit plenarie xxx-
iii annis. et tantum super quintum est a na-
tiuitate usque ad pascha. et dicit
ipsum plene compleuisse xxx an-
nos quando venit ad baptismum sicut dicitur
Post xxx annos venit Jhesus ad baptismum

lege veterem soluturus. et postquam vixit
tribus annis et dimidio. Fuerunt
itaque usque ad natiuitatem christi
anni completi v m c xc ix et
a Constitucione romane urbis an-
ni dcc xv ut ait paulus dyaconus
in hystoriis romanorum. Hoc tempore
qua natus est dominus trans tyberim
de Taberna Conmeritoria fons olei
de terra emanauit. ac per totam
diem oleum largissimo riuo fluxit.
Tunc etiam circulus ad speciem celestis
arcus circa solem apparuit. tunc
statim ut virgo peperit illa statua
aurea corruit quam romulus
posuerat in palacio romuliano
dicens non cadet donec virgo pariet.
Anno etatis domini xviii Pilatus
factus est preses in iudea. Et anno xx-
ix Johannes cepit predicare baptismum
penitencie. Anno autem xxxi idem Johannes
est decollatus. Tredecima die a
natiuitate domini venerunt magi Jhe-
rosolimam eodem anno quo natus
est. tulit eum Joseph in egyptum
quo ingrediente corruerunt ydo-
la egypti iuxta vaticinium ysaye.
Et sicut traditur. Non fuit templum
in egypto in quo non corruissent ydola.
Et in vii anno a Natiuitate sua
de egypto rediit in iudeam. Porro
de infancia saluatoris et de operibus
eius usque ad baptismum non legitur in
euangeliis nisi quod lucas dicit. Et duo-
decennis remansit in iherusalem. et post
triduum inuentus est a parentibus
in medio doctorum in templo. Le-
gitur tamen in Apocrifo de infancia
saluatoris quod Jhesu vagiente in egyp-
tum cum sub vna palma recubuisset

bta maria virgine mre pueri
fame laborante ad preceptum
pueri se palma vsqz ad terram
inclinauit. Et post collectionem
fructus ad pristinum statum se pal-
ma erexit. Et quod eciam sicciente yo-
seph ibidem ex precepto pueri ihu
arida terra fontem produxit. Legitur
eciam ibidem quod cum in eodem itinere
in quore cuiusdam spelunce hospi-
tati fuissent de eadem spelunca
duo inmanissimi dracones sunt
egressi. Ad quorum conspectum cum
bta virgo et yoseph nimio timore co-
cuterentur ad preceptum pueri ihu
dracones cum omni mansuetudine
inclinatis capitibus deserta pe-
tierunt. Et quod eciam leo in itinere
adueniens vsqz in egyptum eis ob-
sequiosus fuit. Sequitur

·xxx°· Anno xxx xpus est bapti-
zatus. Eadem eciam die ut
dicitur. Magi venerunt re-
uolutis annis super quam xxx. Et
hac eadem die reuoluto anno post
baptismum dicitur conuertisse aquam in
vinum. Anno xxxiii xpus cru-
cifigitur. Eodem anno mense Au-
gusti tercia die Stephanus est lapi-
datus. Anno autem xxxiiii° de
Saulo paulus efficitur. Post
passionem domini anno sequenti
btus petrus aplus tenuit kathe-
dram sacerdotalem in partibus ori-
entis annis quatuor ubi primam
missam celebrauit dicendo so-
lummodo pr nr. Inde venit anthi-
ochiam anno xxxviii natiui-
tatis xpi ubi kathedram adeptus
petrus venit roma sedit annis vii. Inde venit Ro-
mam ubi xxv annis mensibus
vii diebus viii tenuit pontificatum

Hic scripsit duas Epistolas que Canonice
dicuntur et ewangelium Marci qui eius
auditor fuit et filius in baptismo
Hic eciam fecit ordinationes mense
Septembris. Epos vi presbiteros x
Et dyacones vii. Anno eciam
domini xl. Matheus ewangelium
scripsit et anno xliiii° Marcus ewangelium
edidit et fames valida fuit. Nec
multo post aplus petrus Appolli-
narem mittit rauennam que ci-
uitas in ytalia et magnitudine populi fre-
quentia post romam famosior est
Ordinauit papiam Marcum vero
interpretem suum. Postquam in yta-
lia aquilegie scripsit ewangelium
in egyptum descendit et allexan-
driam primo fundauit ecclesiam
Misit eciam in Galliam ad plures ci-
uitates plures discipulos sicut sanctum
Sauinianum. Potencianum Altinum
et Marcialem. Qui dicuntur fuisse
de lxxii° discipulis et alios plures
per diuersa gallie loca et ciuitates
Paulus vero sicut dicitur in actibus
apostolorum propter appollinare a iudea
romam veniens extra urbe horreum
publicum conduxit ubi cum fratribus
de verbo uite tractauit et satis inno-
tuit urbi de signis et prodigiis et
de sanctitate ipsius. Concursus quoqz mag-
nus fiebat ad ipsum de domo cesaris
Nam et Neronis instructor Se-
neca sibi valde familiaris extitit
ita ut cum ore ad os sibi loqui mutuo
non possent se epistolis visitarent. Et
quia paulus coram Nerone dixerat
figuram huius mundi per igne resoluen-
dam iussit omnes qui per ipsum crediderunt
igne cremari. Paulus vero
tanquam lese maiestatis reus sedem

humanas leges capite truncati
q' ffuerunt · z discipuli pauli viri egre=
gij z illustres sicut Thimotheus
Tytus Trophimus Onesimus z multi
alij quos ad diuersas ptes mundi
pdicationis causa direxit Btus aute
Petrus aplus primus instituit
ante pascham domini qdragesi=
male ieiunium z ante Natale tres
ebdomadas et qrtam inpfectam
ab omni pplo xpiano instituit vene=
rari In concordacionem primi et scdi
aduentus domini nri ihu xpi de
quorum pontificatu z morte scribit
corum Gelasius ppa dicens Qua Ro=
na ecclia nullis synodicis constitut=
cetis ceteris plata e q Oz ewagelica
voce primatum obtinuit dicentis
Tu es petrus z sup hanc petram
edi: ec · meam q Cui data e societas
btissimi pauli apli qui non diuiso
ut heretici garriunt sz vno codemqz
tpe codemqz die in vrbe Romana
cum Petro sb cesare Nerone ago=
nizans coronatus e / z pariter pdcam
Romanam ecclesiam xpo domino consecra=
runt / q Et ceteris vrbibus i vniuso
mundo sua corpali presentia q Ac ve=
nerando triumpho ptulerunt p
tanto z romana sedes e prior omni
dignitate / sz anthiocena sedes por
sit tpe. Nota in quo loco Petrus
crucifixus e sz i vico qui est ciuitatem
vbi fiebant dolia fm Scolasticam.

Passi st autem q historiam
Petrus et paulus vltio
Neronis anno q Petrus
qdem in via Aurelia ibiqz sepultus
iuxta palacium Neromanum i va
ticano vbi e crucifixus q Paulus
vero ad aquas saluias in via
hostiensi q Tpe vero Cornelij ppe
greci furati corpa aplorum ut ipa
deferrent i greciam asportabant
Oz demones in ydolis habitantes
diuina coacti vtute clamabant
Viri Romani succurrite qr dij
nri auferuntur / ffideles hc intel=
ligentes de aplis / infideles aut
de suis dijs multitudo aduenata
fidelium z infidelium illos psecuti
e Videntes greci illos apud
Cathecumbas aplorum corpa pie=
cerunt Oz a bto Cornelio ppa st
inde cotructa Oz cum i dubium v=
teret que cent ossa Petri vel pau=
li orantibus fidelibus z ieiuna=
tibus diuinitus responsum fuerunt
e maiora ossa st pdicatoris
minora vero piscatoris / q tm post
btus Siluester dr ad lance eqlit
ponderasse z consecrasse / vtriusqz
ecclesiam / z i vtraqz vtriusqz ossa
condidisse Tpe vespesiani zc.

Anno lxxi° Linus ytalicus
de Regione Tuscie pre Es=
culano sedit annis xi
mensibus tribus / diebus xiii / Hic
ex precepto bti Petri apli ut mu=
lier velato capite ecclesiaz intret
statuit / Hic martirio coronatus z
sepultus e i vaticano iuxta cor=
pus bti petri · ix · kalendas Oc=
tobris Dicunt q de kathedra Ro=
ne ecclesie diligentius pscrutati
st q Linus z cletus non scribuntur
ut summi pontifices / sz ut sumi
potifices coadiutores qbus btus Petrus
in vita sua tradidit ecclesiarum rerum
dispensacionem Tpe vero tanti oromi

et predicationem vacabat. Ipsi quoque tanta autem dotari meruerunt. In Cathalogo pontificum ponitur Clemente. Nos ipse beatus Petrus sibi constituit successorem. Hic beatus pontifex cum demones effugaret mortuos suscitaret et innumera alia miracula faceret et multos baptizaret Et cum ex Saturnum consulis quem ipsum captiuauerat filia a demonio liberasset Saturninus consul arcens hec magicis artibus fieri ipsum diuersis penis afflictum decollauit Et licet corpus eius primo fuit in Vaticano sepultum, post hec tamen a Gregorio hostiensi episcopo cum multa sollempnitate cleri et populi est deportatum et in ecclesia maiori sancti Laurencii conditum est. Non sepulchris.

Tempore domiciani lxxxiiii 2a persecutio

Anno lxxxiiii. Cletus natione Romanus de regione vico patricio patre emiliano sedit annis xii mense i diebus xii. Hic precepto beati petri xxv presbiteros ordinauit in urbe romana mense decembri et sepultus est iuxta corpus beati petri in vaticano vi kal maii et cessauit episcopatus xxx vi diebus. Hic pontifex primus inuenitur posuisse in litteris suis salutem et apostolicam benedictionem. Hic etiam pontifex omnibus populis scribens approbat et commendat peregrinationes ad sanctos et maxime ad limina beati Petri asserens quod validior est ad salutem sancti Petri visitatio quam duorum annorum ieiunium Et illos tamquam anathemate [illegible] qui visitationem apostolorum impediunt vel dissuadent. Sequitur primus papa post petrum per

Commendatio peregrinationis ad sanctum petrum.

electionem, tertius per gradum.

Clemens natione Romanus eligitur anno xciii. De regione Celio monte quo patre faustino sedit annis ix mensibus duobus diebus x. Hic dum multos libros scriberet christiane religionis martirio coronatur. Hic fecit septem regiones diuidi Notariis qui gesta martirum vnusquisque per regionem suam diligenter perquireret. Hic quamuis a beato petro esset electus tamen coegit Linum et Cletum ante se pontificare, et ita est primus post petrum per electionem, tercius vero per gradum. Unde ipse scribit ad Jacobum episcopum Iherosolimitanum in epistola dicens Symon Petrus anteque sic sibi imminere persensit in conuentu fratrum positus apprehensa manu mea sic dixit fratres hunc Clementem episcopum vobis ordino cui in ab initio usque in fine comes optimus fuit in omnibus. Cum ergo ad pedes eius procidens clamare ut declinare honorem kathedre audit Tu petrus periculum timens fugis cathedram. Clemens esto ut amplius peccas quod populum Dei velut de influctibus positum [illegible] posses iuuare subterfugis tui tantummodo considerationem habens. et nos cum in conuiuio concedit prudens.

Verba petri ad clementem

Huius corpus cum Chersone ubi in exilio relegatus fuit in mari proiectum et precium diu iacuit. Sed post multos annorum curricula mari ab illo loco recedente a beato Cirillo Romano episcopo Moranorum et pene omnium Slauorum apostolo diuinitus repertum delatum

De corpore clementis

e tpe pmi Nicolai ppe Romam
et i ecclia sti Clementis p ipm
et pplm Romanu honorifice re-
condidit. In qua etia et btus
Cyrillus p9 pmum tempus die
clausit extremum tumulatus
miraculis chorusando. Hic cle-
mens statuit ut kathedra Epa-
lis i eminentiori loco debeat sta-
tui, in qua residens Epus omes
possit circumspice, et ab omnibus
circumspici. Hic etia statuit qp bap-
tizatus p ut ticius pt cofirmet
qz alter no eet pfctus xpianus
q cofirmatoem no nctte sz mali-
cia vel voluntate pterirret. Reg-
No sept. Hic constituit sacdotes
diligenter venerari a populo

Tpe Troyani

Anno c° i° Anacletus na-
tione grecus de Regione
Athenis ex pre anthioch-
o sedit annis ix m ii diebus
x. Cessavitqz epatus diebus
xiii. Hic memoria bti Petr con-
struxit et cophosuit, seu etia alia
loca ut ipsi Epi traderentur se-
pulture Et sepultus e iuxta
corpus bti Petri tercio Idus iu-
lii. Hic constituit ut clicus nc
comam nutriret nec barba, co-
nica Damasii et Eusebii dissen-
ciunt. et pcipue Eusebius dissencit
ab aliis cronicis Quia vult qp
unus fuit cletus et anacletus qd
no e, sz hic ponitur vitas. Hic
btus pontifex p eplas suas ocs
monuit ut p ceteris psbiteros ho-
noraret dicens, qp deo sacrificates
no debent vexari sz ptari et ab
omnibus venerari
Anacistus natione grecus

ex pre iudeo nomine Juda de
Civitate Bethlehem sedit annis
x m vii diebus ii et cessavit
Epatus diebus xviii. Hic titu-
los in urbe Romana divisit ps-
biteris et vii dyacones costituit.
qui custodirent Epm predicatem
ppt stilum erroris qui possz impo
in Epo ab emulis ne vbis di-
vinis detraheretur ab insidiatorib9
Hic martirio coronatus sb psecu-
cione Troyani et sepultus est
iuxta corpus bti petri in vatica-
no. Nota de aqua aspsionis.

Allexander natone roma9
ex pre alexandro de re-
gione capithauri sedit
annis viii m v diebs ii e cessavit
epatus diebus xxxv. Hic consti-
tuit aqua aspsionis cum sale bn-
dici et i habitaculis hominu aspgi
Hic sb Adriano principe missus e
i carcere et hermes pfcus urbis
qui peum credidit atqz evetus
psbiter et Theodolus dyaconus q
cum ppa Allexandro et cum plurib9
aliis penis afflicti martirio coro-
nantur Allexander aute ppa in
ecclia ste Sabine e translatus
q ob memoriam passionis xpi i
Canone addidit Qui pdie qp pa-
teretur, et hc e corpus corpus meu
Hic etia instituit ut vino aq misceret
i calice ad designanda unionem
xpi et ecclie. et ut oblatio fieret ex azimo
et i modica qntitate dicens qz ob-
latio qnto potior tanto rarior
No de corpali et stis in missa   c° xxix°

Sixtus natione Romanus
ex pre pastore Regione via
lata. sedit annis x m iii

diebus xxvi. et cessavit Episcopatus d.
.iij. Hic constituit Sanctus in missa
dici et quod misteria sacrata non tã
gerentur nisi a ministris. Iste sub
ptam appiam decollatus est. ubi
dominus apparuit beato Petro di
cens. domine quo vadis. et se
pultus est in vaticano iuxta corpus
beati Petri. Huius tempore deseviente valde
persecutione xanorum dum pau
cissimi invenirentur qui dicerent se
xpianos xanis in gallia positis
ut ipsis aliquem virum dirigeret
qui penitentia commiti fidei lucernam
reaccenderet misit peregrinum Episcopum
genere Romanum cum pluribus aliis as
sociando qui peregrinus multos convertens
ibidem passus est. Hic constituit quod
corporale non fieret de serico sed de pu
rissimo lineo non tincto. et ut mu
lier pallas altaris non tangeret
nec vasa sacra. Hic etiam constituit
ut quicumque Episcoporum vocatus fuisset
ad sedem apostolicam rediens ad ecclesiam
suam non reciperetur nisi cum litteris apostolicis
libus. Hic sepultus est prope altare
sancti petri in sepulchro in quo re
quiescunt linus et Cletus et Ana
cletus. euaristus et aliorum multorum.
Et altare quod est super eos solius sancti
numero Sequitur Nota septem et de ieiunio

Thelesforus septem ebdomadarum.
natus ex anthiocia sedit
annis xi. menses iij. diebus xxij.
et cessavit episcopatus diebus vij. Hic
constituit ut septem ebdomadis
ante pascha ieiunium celebretur. et
constituit in Nativitate domini tres
missas cantari cum gloria in excelsis.
Hic martirio coronatur. et in Vaticano
iuxta corpus beati petri sepelitur.

De Ieiunio Sacerdotum.

Septem autem septimanarum
ieiunium plene ieiunandum
clericis maxime precepit
dicens. Sicut districta debet esse vita
clericorum a laicorum conversacione
sic et ieiunium debet esse districtum
Has usque vij ebdomadas omnes
clerici a carne et deliciis ieiunent
Tres autem missas in nativitate
instituit. Primam in galli canti
cinatione media nocte qua Christus natus
est. Secundam in aurora qua xpus in cu
nabulis a pastoribus est adoratus.
Terciam xpi dici hora tercia qua illuxit
nobis dies nostre redemptionis.
Hic martirio coronatus sepultus
est apud sanctum Petrum Sequitur
Nota de numero patrinorum. c. l.

Iginus nacione grecus de A
thenis cuius genealogia non
invenitur. sedit annis iiij.
menses iij. diebus vij. et cessavit episcopatus d.
.iij. Hic clerum composuit et gradus
distribuit. Hic sepultus est in ecclesia
beati petri. Hic constituit ut unus
tantum patrinus vel patrina suscipiant
levatum a fonte baptismi. et si
militer in confirmatione et in cathe
zizatione. Hic martirio coronatur.
Hic statuit quod quod precepto Romano
pontifice nullus metropolitanus
audiat causam Episcopi sue provincie. nec
eam condempnet nisi tantum in conspectu
episcoporum comprovincialium suorum fuerit ve
tilata Sequitur alia pars. Nota de
Revelacione facta sancto hermete de

Pius natione pascali die re
cone ytalicus de civitate
Aquileya ex patre Rufino sedit
annis xix. menses iiij. d. xxvj. et cessavit d.

xxiij / sub cuius episcopatu hermes
librum conscripsit in quo manda-
tum continetur ut xx° dominica non
celebretur nisi in die dominica / ¶ Hic con-
stituit hereticum venientem ex heresi
iudeorum suscipi et baptizari. Hic
martirio coronatus sepultus est
iuxta corpus beati Petri in vaticano
¶ Huius tempore Policarpus episcopus E-
phesinus Roma veniens multos
ab heretica labe revocavit qui
valentini et cerdonis fuerunt doc-
trina corrupti ¶ Hiis temporibus fuerunt
Rome sacratissime due virgines
potentiana et praxedis ¶ Cuius
autem fuit predictus hermes idem
papa in epistola sua declarat dicens
Iste patribus hermes doctor fidei
fulsit in nos et licet nos pascha
domini die dominica celebremus
et quidam inde dubitarent ad corrobo-
randas animas eorum / Eidem hermeti
angelus domini in habitu pas-
toris apparuit / et precepit ut pas-
cha domini die dominica ab omnibus
celebretur / unde et nos auctoritate apostolica
pronunciamus.

c lv° Anicetus natione syrus
ex patre Johanne de vico
Tynnica / sedit annis ix
menses iii dies iii / et cessavit episcopatus dies
xv / Hic constituit ut episcopus conse-
crari non debeat nisi ad minus a tribus
episcopis. Nam et apostoli hoc firmaverunt
Sed autem archiepiscopus omnes compro-
vinciales episcopi debent adesse sicut
omnes ei tenentur obedire / Hic se-
pultus est via appia in cimiterio
sancti Calixti ¶ Hic etiam constituit
ut nullus primas vel patriarcha
vocaretur nisi illi qui primas tenent

civitates quarum civitatum episcopos
apostoli vel successores eorum regulariter
patriarchas vel primates esse constitue-
runt. Sed metropolitani nominentur.

Soter natione campanus c lxxvi°
ex patre concordio de civitate
fundana sedit annis ix menses
iii dies xxi et cessavit episcopatus dies xxi. Hic
martirio coronatus sepultus est in
vaticano ¶ Hic constituit ut nulla
monacha pallas tangeret sacratas
nec incensum poneret in sancta ecclesia / et
huius temporibus Cathafrigi heretici sunt
exorti / qui a frigia provincia vn-
de originem habuerunt nominati sunt. Hii
spiritum sanctum nec apostolis nec aliis assert
datum nisi tamen ipsis / quorum auctores
fuerunt Montanus Prisca et maxi-
milla quos ibi dampnatur. Aliud
Capitulum de Rege Britannico c lxxxiij°

Eleutherius natione grecus
ex patre habundio de oppido
Nicopolis sedit annis xv
menses vi dies v et cessavit episcopatus dies vi ¶ Hic
accepit Epistolam a Lucio rege Bri-
tannico ut christianus per eius man-
datum fieret / Cui papa misit duos
religiosos qui regem predictum bapti-
zaverunt et populum ¶ Erant autem
tunc in britannia xxviii pontifices y-
dolorum quos flamines vocabant et iii
quos archiflamines erant. Ex predic-
to de mandato apostolico ubi erant
flamines instituerunt episcopos ubi
Archiflamines Archiepiscopos. Hic
martirio coronatus sepultus in va-
ticano apud sanctum Petrum ¶ Huius
tempore Appollinaris et Dyonisius
claruerunt ¶ Hic etiam beatus ponti-
fex statuit ut nullus clericus a suo
gradu deiciatur nisi prius esset legittime

accusatus et convictus dicere quod dominus ihesus christus Judam furem esse sciebat. Et quia non est accusatus non non est non est derectus, et quia inter apostolos egit pro dignitate ministerii intutum mansit et prohibuit ut absente eo cuius causa ventilatur summa nullatenus proferatur. Non de concilio celebrato propter diem pasche. c. xc.

c. xc. ix. Victor natione afer xv. ix pre felice sedit annis xv. d. x. et cessavit d. xii. Hic constituit sanctum pascha die dominica celebrari. Hic ad sacerdotum interrogationem celebravit concilium. Celebratum est autem ipsa hoc concilium in alexandria palestine. Cui interfuit tempore ipsa victor et Narcissus patriarcha ierosolimorum Theophilus quod Cesarie Episcopus hyreneus lugdunensis. ubi statutum est ut semper die dominica pascha celebretur observata xiiii luna Aprilis usque ad xxi. Multi enim Episcopi tunc Asie et orientis cum Judeis tunc pascha celebrabant. Hic etiam instituit ut necessitate imminente quislibet hominum sive in flumine, sive in fontibus sive in mari tantum pane tosone cedulitat? clarificata baptizaretur. Hic sub Severo principe martirio coronatus, sepultus apud sanctum Petrum cuius festum agitur v. kl Augusti. Sequitur alia pars de puerilis comunicandis in die Pasche.

Z

Zepherinus natione Romanus xv pre habundio sedit annis xv. m. vi. d. x. et cessavit elec. die vi. Hic constituit in presentia omnium clericorum et laicorum fidelium ut omnes xiii annorum eukaristiam in die pasche deberet accipere. Et fecit statutum in ecclesia ut omnia vasa altaris essent vitrea vel stanea. Sepultus quod est in Cimiterio Calipti iuxta via apia. Eo tempore Allexander Episcopus capadocie cum causa devotionis iherosolimam venisset vivente adhuc Narcisso eiusdem urbis Episcopo in etate senili ipso tunc moriente idem Allexander tamen in episcopum pro revelationem ibidem eligitur. Hic etiam statuit ut ordinationes presbiterorum ac levitarum tempore statuto et multis coram astantibus sollempniter fierent et de approbatis et doctis viris. Cimiterium Kalipti. c. xviii

Kalixtus natione Romanus xv pre demetrio de regione urbe ravennata sedit annis v. m. ii d. x. et cessavit d. xv. Hic fecit basilicam sancte Marie transtiberim et constituit ieiunia quatuor temporum. Hic fecit Cimiterium via apia quod modo vocatur cimiterium Calipti ubi quamplurima multitudo martirum est sepulta. Hic martirio coronatus sepultus est in suo Cimiterio. Hoc tempore pars Capitolii divino incendio cremata est et sinistra manus iovis aurea fulmine est liquefacta. Passus est beatus Urbanus Cecilia valerianus et Maximus simul sepulti sub altari. c. c. xx

Urbanus nomine Romanus xv pre puciano sedit annis viii m. xi. d. xii. et cessavit elec. d. xxx. Hic de regione Malata fecit vasa ministeriis sacrata omnia de auro vel argento vel stanno. et convertit multos ad baptismum

et Valerianu nobile virum
sponsum Cecilie virginis quonsqz
ad martirij palmam pduxit
eos ¶ hic vrbanus gne nobilis
ab infancia xpianus virtute ab-
stinentie et castitatis ornatus
psecucione adhuc seuiete cessit
Calixto ppe q cu dignitatis
officiu virtutum studijs ador-
nans multociens pstrabit̄ conur-
be Sz a fidelib9 reuocatus du
pdicatom et baptizatom insistet
capit̄ et p9 carceris isqualore
decollatur/ et sb eode altari cum
Cecilia Tyburtio et valeriano
et maximo sepelitur ¶ huius
tpe primo cepit Romana ecclia
predia possidē de qbus bts vr-
banus Clericis et notarijs q
gesta martiru conscribebant
sumptus dabat Añ n ecclia
viuebat instar aplorum pecunia
recipiens p egenis Sepult9 e
i Cimiterio Kalixti via apia

Pontianus · cc · xxxi°
sedit annis v · m · ii · d · ii ·
et cess · clet · d · x · hic natōe
romanus ex pre Calphurio
ptatus fuit i exilium et i in-
sula sardinia martirio coronatur/ que
bts ffabianus postea duxit Ro-
mam p nauigium et sepeliuit
i Cimitio Calixti via apia ·
Nō de xi milibus virginu et de sco

Huic ponciano Ciriaco
dicit̄ Ciriacus successisse
et sedisse anno vno et
mensib9 ib9 Sz qr contra voluntate
cleri cessit de papatu alterum substi-
tuendo et cum xi milibus vir-
ginu quas rome baptizauerat
Agrippina tendendo no e positus
i Cathalago Pontificum ¶ Credebat
em ppli eum no ppt deuotoem sz ppt
oblectamenta virginu dimisisse
papatum/ cu tn ipe virgo consistens
cu virginibus sic martirio coronatur
sicut legit̄ in legenda virginu pdictarum

Antheros vel Antherius na- · cc° xxxviij°
tione grecus sed annis in-
m · et d · xv ¶ hic constituit
ut Epi de sede in sedem transferri pos-
sent · et ut gesta martiru conscriberent
hic martirio coronatus sepultus est i
Cimitio kalixti · Nō de Apostolico di-
uinitus electo sepl in ci ka ·

Fabianus natone Romanus
ex pre fabio sed annis xiij ·
m · xi · d · xi · et cess clet d · vii
hic fuit de regione Celij montis
¶ Iste fabianus cu de loco quodam
cum amicis suis rediret papa ibi
defuncto et accessisset ad ppl'm qui
de futuri pontificis electōe tractabat
rei exitum expectans subito can-
dida columba de celo descendens sup
caput eius resedit dicens Rome
Epus coronaberis ¶ Qui sic diuinitus
electus statuit septe notarios ut
gesta martirum conscriberent/ et
ut i omni anno i Cena domini cris-
ma consecraret̄ martirio coronatur
Sepultus e i Cimiterio Calixti
ppe via apia Nō hic de heretico

Nouacianus psbr hereticus
eccie Romane ambiens
papatum hereticus e factus
tpe decij · Contra que Concilium
i vrbe Romana celebratu e lx epor
Hic em hereticus lapss spe venie de-
negabat · vnde i Concilio hec repba-
tes statuerunt vt lapss venia mi-
sericordie pmittet̄ dummo p pniam
resipiscant · De Sepul · aplorum et

De loco paſſionis bti Petri apli cc lii°

Cornelius Natiuitate Romanus q̄ pr̄e Iuſtino ſed' annis iii. m̄ ii. d'. x. Hic conſtituit ut ſacerdotes ſi vellent p̄ eta ca tare poſſent. Hic rogatus a ſtā Lucina corpa btorum Aploꝝ Petri et Pauli de Cathatumbis leuauit Et Lucina corpus bti Pauli poſuit in pdio ſuo in via hoſtienſi. Beati vero petri corpus btus Cornelius iuxta locum vbi crucifixus e' in templo Appollinis poſuit in vaticano palacio Neronis proximo. Poſt h' iubente decio e' martirio coronatus.

cc lv° Lucius natione Romanus q̄ pr̄e Porphirio ſed' annis iii. m̄ iii. d'. iii. Hic p'mo du' i exilio deīn ad Eccliam ſuam reuerſus ad ſedem ſuam a valiano occidit'.

cc lviii° Stephanus na- De alia pſ tione Romanus q̄ pr̄e Iuliano ſedit annis iiii. m̄ ii. d'. xv. Hic dum multos gentilium conuertiſſ et multa corpa martiru' ſepeliuiſſ comprehenſus p' templi ydoloꝝ ruinam qua impetrauit euadens Deinde miſſam in ſua ſede celebrantem decollauerunt.

cc lxii° Sixtus Natione grecus q̄ pr̄e ſophoro ſed' annis ii. m̄ xi. d'. vi. et ceſſauit ep̄tus dies xxxv. Hic conſtituit q̄ miſſa celebraret' ſup altare qd' tp̄e precedenti no' fiebat Hic cu' felicissimo et Agapito dyaconibus capite truncati ſūt quos bt's Laurencius et ypolitus cu' multis alijs ſūt ſecuti. De vii dormientib'

Hoc anno ſepte' dormientes pſecutionem decij fugientes abſconderunt ſe apud ephesum i quada' ſpelunca et obdormierunt p' annos c. lxii. vſq; ad tp̄a Theodosij iunioris in-patoris. qd' hebit' plenius in 2° volumine de imperatoribus. Ipſo anno Anthonius abbas clarvit Nō de ſtis martirib' ſcz Sixto Laurencio ypolito et multis alijs

cc lxx° Dyonisius q̄ monacho electus e' Cuius genus no' inuenit' ſed' annis ii. m̄ iii. et ceſſ elect. d'. viii. Hic in vrbe diuiſit parochias ſingulis. ſingulos dās preſbiteros et hic martirio coronatus ſepultus e' cum alijs pontificibus Rome

Felix Natione Romanus q̄ pr̄e Constantino ſed' annis ii. m̄ x. de Regione Capitis Tauri et ceſſ elect. d'. iii. Hic conſtituit ſup memorias mr̄m miſſas celebrari. Hic felix fecit basilicam in via Aurelia miliario ab vrbe ibiq; ſepultus e'. Nō multitudine mrtꝝ

cc lxxv° Eutichianus nat' Tuſcus q̄ pr̄e Maximo de Ciuitate Luna ſed' annis viii m̄ x. d'. iiii. Hic conſtituit q̄ fruges ſup altare et fabe benedicentur Hic ſanctiſſimus ppa p' diuerſa loca ccc. xlii mr̄es ſepeliuit Hic conſtituit ut quicunq; q̄ fidelibz mr̄ez ſepeliret q̄ ſine dalmatica purpurea et collobio nullatenus ſepeliret Hic martirio coronatus ſepultus e' via apia in Cimiterio Calixti viii° kl' auguſti Nota

cc lxxxiii° Gayus · d' ordinib' ſacris Natione dalmata q̄ gn̄e Dyocleciani q̄ pr̄e Collo ſed' annis xi. m̄ iiii. d'. ix. et ceſſ elect. d'. x. Hic conſtituit ut omnes ordines in eccia ſic aſcendat ſicut hodie tenet eccia. ſcz hoſtiariu' lectorem Exorciſta Acolitu' Subdyaconu' dyaconu' et Martirio

coronatus via apia i Cimiterio
sepelitur Calixti· De accusatore
Hic etiam constituit
= clericorum
tuit quod nemo Episcopum aut
clericos reliquos apud iu-
dices seculares presumat accu-
sare ¶ Hic fugiens persecutionem
Dyocleciani in criptis vitando
martirio coronatur sepelitur via apia
in Cimiterio Calixti ¶ Hic Ro-
me regiones divisit dyaconibus
ut gesta martirum perquirerent ac con-
scriberent ¶ Hoc ipsum statuit fieri
in omnibus urbibus per loca· Ita-
tum quod quecunque difficiles questiones
per singulas provincias pertracta-
rent semper ad sedem Apostolicam refer-
rentur ¶ Hic etiam contra hereticos
epistolam edidit de verbi incarnatione
plene fidem catholicam continentem

Sequitur alia pars Nota de pena istius
pape et de commutacione etc

ccº lxxx ·170· Marcellinus natione Romanus
ex patre proiecto sedit annis
viii mensibus ii diebus xxv et cessavit
vii annis mensibus vi diebus xxv Hic de re-
gione Caprithauri a dyocleciano
non compulsus incensum posuit
ydolis, postea commodo facto in Cam-
pania proprio ore coram c. lxxx episcopis
penituit et cinere aspersus capite
et cilicio indutus penitenciam agens
dixit se peccasse ¶ Tunc iratus
dyoclecianus imperator fecit eum
decollari Qui sepultus est in cimi-
terio priscille via salaria martirio
coronatus Coniuraverat autem
beatus marcellus papa marcellum
presbiterum qui consequeretur post
ipsum papa factus est ut preceptum dyocle-
ciani de immolacione non faceret Ita
autem beatus marcellinus decollatus

fuisset et corpus eius in platea per xxxv
dies iacuisset in exemplum christianis
marcellus presbiter nocte cum presbi-
teris et dyaconibus et lucerna cum
eis sepelierunt illud· Nota de Ana-
Sed hoc ·themate et inrelatione
de eo invenitur quod cum se
in Concilio episcoporum iudicandum
submisisset dicens se paratum ad omnia
obedire que sibi imponentur Illi re-
derunt Absit quod summus pontifex
ab aliquo iudicetur alio, Negasti
tu negavit et Petrus magister tuus·
Et quis apostolorum ausus fuit eum
iudicare, sed egressus flevit amare
Tu ergo in tempore collige causam tuam
et ore proprio temetipsum iudica Ad hec
marcellinus inquit, ydolatrum
iudico me et deponendum anathe-
matizo· Etiam quicunque corpus me-
um tradiderit sepulture et flens
dixit Heu me avarum me corrupit
aurum et non possum in Sacerdocio
permanere· Sicque pergens ad dyocle-
cianum presentens se christianum cum
Claudio et Quirino capitalem
accepit sententiam· Et cum corpus eius
per xxxv dies iacuisset inhumatum
noctu apparuit in visione beatus petrus
apostolus marcello qui illi in papatu
successerat dicens Marcelle dormis
Et ille cum dixisset Quis es domine
Respondit Ego sum princeps apostolorum
Et quare corpus meum inhumatum
non sepelis dans ei locum intelli-
gendi hoc dictum de corpore marcel-
lini et addidit· Non legisti quod omnis
qui se humiliat exaltabitur· Hicque
multum se humiliavit qui se in-
dignum sepulture iudicavit Vade
ergo et sepeli eum iuxta me, ut quos

iustificauit gr[ati]a no[n] diuidat sep[ar]ata
Sub h[oc] tempore i[n] hyspa[n]ia passus e[st] b[ea]t[u]s Vincencius ap[u]d Vincencius
Valenciam Cuius corpus postea
p[ro]p[ter] impetum Sarracenor[um] t[ra]nsla-
tum e[st] i[n] p[ro]uenciam ad locum qui
d[icitu]r Castru[m] i[n] eccl[es]iam qua[m] nu[n]c h[abe]nt fr[atr]es
p[re]dicatores cum corp[or]e m[at]ris sicut ab
ip[s]is e[st] co[m]p[er]tum / Tunc ta[n]ta fuit
No[ta] in titulo ... p[er]secucio [christ]ianor[um] ut i[n]fra vnu[m] me-
sem xvii milia [christ]ianor[um] m[arti]rio coro-
n naren[tur] Marcellus p[a]p[a] nac[io]ne
Romanus ex p[at]re Benedicto d[e] regio[n]e
via lata sed[it] annis v d[iebus] xxxii [et] cess[auit]
e[pisco]p[atu]s d[iebus] xxv. Hic constituit xxv
cardinalatus i[n] urbe Romana p[ro]p[ter]
baptismum [et] sepulturas ho[m]i[n]u[m]
Hic p[re]ceptum e[st] a Maxencio im-
p[er]atore ut q[ui]a diis sacrificare nollet
iumenta et alia custodiret. Noctu
vero eius cl[er]ici eduxerunt eu[m] de
Stabulo. Et cum consecrasset domu[m]
lucine in eccl[es]iam maculata Max-
encius iratus de eccl[es]ia stabulu[m]
faciens ip[su]m intus reclusit sub custo-
dia publica ut custodiret alia Sic q[ue]
defunctus in Cimiterio priscille
via salaria e[st] sepultus No[ta] de s[an]c[t]a
Eusebius nacione gr[e]c[us] cruce
.ccc° x° e tus ex medico sed[it] annis ii
m[ensibus] ii d[iebus] xxv [et] c[ess]e[vit] d[iebus] xvi
Huius t[em]p[or]e inuenta e[st] s[an]c[t]a crux xv kl[end]a[s]
maii sicut i[n] decreto inuenit[ur] de con[secratione]
ccc xii° m d[istinctione] iii Melchiades nacione affer
sed[it] annis iii m[ensibus] vi d[iebus] viii [et] cessa-
uit e[pisco]p[atu]s d[iebus] xvi. Hic co[n]stituit ut nul-
No[ta] lo t[em]p[or]e agere[tur] ieiuniu[m] die d[omi]nico vel
die iouis / q[ui]a eos pagani q[ua]si sacru[m]
ieiuniu[m] celebrant / De baptismo
Siluester . Constantini [et]c.
ccc xv° nat[ione] Romanus ex p[at]re Ru-
. Huc usq[ue] o[mn]es . finio sedit annis xxiii m[ensibus]
su[m]mi pontifices x d[iebus] xi / et cess[auit] e[pisco]p[atu]s d[iebus] xv. Huius
fuit martires.

p[re]cepto in Nicea bitinie co[n]gregati
sunt ccc xviii Ep[iscop]i catholici q[ui]
exposuerunt fidem catholicam
et multa decreta constituit Hic
baptizauit Constantinu[m] imp[er]a-
torem valida squaloris lepra
p[er]fusum q[ui] statim a lep[r]a mundatus
est. Eodem t[em]p[or]e Constantinus
Augustus fecit basilica[m] b[ea]to Lau-
rencio martiri via Tyburtina
in agro Verano sup[er] arenarium
cripte / et vsq[ue] ad corpus b[ea]ti Lau-
rencii fecit gradus ascensionis
[et] descensionis / i[n] quo loco co[n]stituit
capsida[m] [et] exornauit marmo[r]ib[us]
porphireticis et desup[er] co[n]clusit
argento purissimo ornatu[m] / et ca-
cellum qui pensat[ur] libras c.
et ante ip[su]m locum posuit lucerna[m]
in cripta de auro purissimo / et
ante corpus b[ea]ti Laurencii fecit
pharacantar[um] argenteu[m] cu[m] del-
phinis No[ta] de eccl[es]ia saluatoris mu[n]di
Construxit eccl[es]ia[m] intra
palaciu[m] lateranu[m] sal-
uatoris n[ost]ri eccl[es]iam xii
cophinos terre p[ro]p[ri]is humeris
ad fundamenta deportando / qua[m]
eccl[es]iam censuit e[ss]e i[n] toto orbe terrar[um]
matrem om[niu]m eccl[es]iaru[m] Construx[it]
aute[m] eccl[es]ias b[ea]tor[um] ap[osto]lorum Petri
et Pauli quas auro argentoq[ue]
locupletauit i[n] thecis p[re]ciosissimis
ip[s]orum corpora recondendo Alia
Cronica eciam honor[um] specificat
hunc passu[m] sic aliquid dicens
Anno domini ccc° xv. Nicenu[m] p[ri]ma
concilium celebrat[ur] ccc [et] xviii sinodus.
Episcopor[um] sub Siluestro p[a]p[a] [et] sub Con-
stantino imp[er]atore in quo arrius
condempnatur q[ui] dicit in trinitate
no[n] vnam e[ss]e s[u]bstanciam s[ed] diuersas

de gloria patri essentias et substantias. Hoc Concilium
etiam composuit. Gloria patri et
Jeronimus addidit. Fuit enim
hic Constantinus Imperator.
Maxentio bellum intulit qui sibi
in oriente imperium usurpauit.
Et cum cum Maxentio congredi hesita-
ret, de celo licet adhuc paganus
auxilium petiuit, vidit per soporem
ad orientis partem in celo signum
crucis igneo fulgore rutilare
et angelos sibi astare dicentes.
Constantine in hoc vinces. Tunc
Constantinus crucem in vexillo
posuit et congressus vicit Maxe-
tium et Rome in Tyberim duc-
tus captiuus Maxentius sub-
Nota. mersus est. Postea Siluester
papa baptizauit Constantinum
et a lepra mundatus est in bap-
tismo. Hic liberaliter ecclesie dei
priuilegia multa dedit et sancto
Siluestro pape et successoribus
eius dedit sua regalia insignia
videlicet equum niueum et indume-
ta coccinea et plurima orna-
menta, frenum quoque aureum et pec-
torale aureum. Roma est et ci-
uitates multas et omnes reddi-
tus ciuitatis donauit sancto Petro
ita ut per ipsa vtatur illas summus
pontifex. Constantinus etiam
fecit in suo palacio basilicam
in honore saluatoris mundi
de qua est supius dictum est quam
sanctus Siluester consecrauit primo post
omnibus ecclesiis. Ibidem seruatur
cum magna reuerencia caro pre-
cisa de vmbilico domini et solee
domini et pars viuifice crucis ad mensuram
cubiti humani longa et velud.

de capite beate virginis et lac eiusdem
et capita apostolorum Petri et Pau-
li et multa alia. et ibi nullus ce-
lebrat nisi papa. De Basilica apostolorum
Petri et Pauli et Johannis baptiste

Constantinus etiam fecit
Basilicam sancti Petri princi-
pis Apostolorum in Vatica-
no in Palacio Neroniano in templo
Apolinis in monte aureo. et asp-
tauit de Tellure fundamenti propriis
humeris xii cophinos in honore
xii Apostolorum, posuitque ibidem
imperator corpus beati Petri apostoli in
capsam ex ere et cupro spissam
quinque pedum super et lateribus circui-
quaque. Et posuit super corpus beati
Petri apostoli ciborium in quatuor co-
lumpnis porphireticis et crucem
de puro auro habentem c l libras
auri posuit super tumbam beati Pe-
tri. Et posuit ipsemet Imperator
circa tumbam beati petri xii colump-
nas optimas quas fecit ferri
de grecia. Corpus etiam beati pauli apostoli
ipse Imperator Constantinus posuit
in catacumbis in capsa ex ere et
cupro similiter tam spissam sicut
capsa beati petri. Capita tamen apostolorum
petri et Pauli in sancta sanctorum sunt
reposita ab ipso imperatore. Item
Constantinus fecit lateranis ecclesiam
beati Johannis baptiste posuitque ibi
archam testamenti quam Titus
Imperator asportauerat de Iherusalem
qui destruxit eam. In archa ibidem
sunt hec scilicet tabule testamenti, virga
aaron que fronduerat, Manna,
pars de panibus ordeaceis, Tu-
nica domini inconsutilis, pars
arundinis domini, vestis sancti Johannis

baptiste et multa alia Supra
archam illam intra altare Do-
minum posuit mesam in qua dns
ihs tenauit cu discipulis suis/ Su
p hc altare lateranense nullus ce-
lebrat n ppa uel Cardinalis qui
sit Epus ffecitqz imperator ibi sup
altare tiborium sup qtuor colup-
nas porpheriticas/ et posuit ibi
quatuor grandes ercas deauratas
singulis annis i cena domini pnte
Summo potifice archa psata et Car-
dinalibus uiolatur et remota me-
sa in ipo contauo arche a ppa cor-
pus domini et oleum scm et cris
ma consectur sz i sabbato sco itez
recondituur z consecrat a ppa ob
reuerenciaz principis aplorum qui
sup hc altare ligneum dicitur di-
celebrasse sacramentum · Hic redd
Siluest · ad porc Cromita

Siluester vero ppa p9 conuisionem
Constantini magni con-
flictum cum Judeis pcurante he
lena matre Constantini iudaiza
te habuit/ In quo conflictu post
multorum vborum altitacoem/ et
p9 thauri a bto Siluestro resusi-
tatoem/ helena cum omnibus Jude
is ad xpm conuersa fuit Postea
vo btus Siluester a draconis pesti-
lentia Roma liberauit/ maxima
ps vrbis baptizata fuit Cottidie
ein dracon vi an hoim flatu infi
ciebat/ Ad que bts Siluester p c
l gradus cum psbiteris descedens
sca orone et signo crucis ipsum li-
gatu ereis portis conclusit/ et vsqz
ad diem iudicij seris obfirmauit
Hic constituit ut nullus laicus
crimen clico audeat inferre/ et con
stituit ut dyaconi dalmaticis
vterent · It costituit q sacficiu
altaris no in serico nec i panno
tincto celebret · n tatum i lineo
ex terra pcreato sicud corp9 dni
in syndone linea e sepultum
Hys tpibus multe gentes i
xpm crediderunt · Gens enim
yberorum p quadaz muliere ab eis
captam e conusa · Similit in
India p duos pueros xpianos xpo
annunciat · Hic in Niceno con-
cilio Osio Epo Cordubensi ab
hyspania et victori ab ytalia
vices commisit aplicas · Mortu
us e in pace sepultus rome iuxta
palatium Octauiani in loco q
dicit ad capud

Marcus · ccc xxxv
nac Romanus ex pre psto sed
annis ii · m · viii d · xx · Hic co-
stituit ut Eps · hostien q ppaz
consecrat pallio vteret · Arria-
na heresis dampnatur zc

Iulius nac Romanus ex pre ccc · xl
Rustico sed annis xi · m · ii · d
viii z cess clet · d · xv · Hic costi-
tuit ut nullus clicus in cam du-
catur i publico/ sz i eccia tatum
Hic sepultus e i Cimiterio calixi-
ti in miliario ab urbe · Tpe huius 2^a sinodus
celebrata e scda Sinodus in Ni-
cena ccc z xviii Eporum In quo
dampnata e heresis arrij qui
asserebat filium minore ee pre
qd scm e viuente Constantino
adhuc Augusto · Huius tpe d'huius q
floruerunt Atanasius Pasu- floruerunt
ciius Eusebius cesariensis/ btus
Nicolaus btus hylarius picta-
uiensis · victorinus rethor/ Scus
hylarion/ scs Epiphanius Johs

Crisostomus / et multi alii here-
mite et sancti ut syseus et pastor
abbas, et beatus maximinus in
Treueris qui beatum Anastasium a-
lexandrine ciuitatis Episcopum fugi-
entem ~~fugientem~~ a facie Constan-
cii imperatoris recepit. Cum illic
simbolum Quicumque vult com-
posuit. Julius vero post concilium
x annorum et post multas tri-
bulationes quas a Constancio
imperatore passus est post mortem
eiusdem ad sedem beati Petri ad
gloriam est reuersus et fecit duas
basilicas vnam in foro aliam
sancti valentini via flammea.

d' simbolo Quicumque.

De liberio papa et felice et arrianis

Liberius natione
romanus sedit post Julium ligus-
to sedit annis xvi mensibus iii
diebus iiii. et cessauit diebus xxxv. hic de
regione natus vialata in conci-
lium deputatus est a Constancio
augusto eo quod noluisset heresi
arriane consentire. et fuit in
exilio tribus annis. Quo in
exilio consistente clerus romanus
de consilio predicti liberii ordina-
uerunt felicem presbiterum in papam
virum venerabilem. Quo feli-
ce celebrante concilium inuenit
interesse duos presbiteros arriana
heresi infectos necnon imperatoris
constancii familiares scilicet vrsa-
tium et valentem / et eiecit ipsos de
concilio xlviii episcoporum. Post pau-
cos autem dies prouocati contra
felicem rogauerunt constantium
ut reuocaret liberium de exilio
tamquam eis magis consentaneum
Liberius autem ut preceptum im-
peratoris consensum dedit heretice
reuocatus est de exilio. Imperator
autem commotus concilio cum hereticis
arrianis et cum vrsacio et valente
felicem de papatu quia catholicus erat
eiecit. Et liberium quia sibi et ar-
rianis consenserat in sede reposuit.
Et sic infelix liberius basilicam
beati Petri et Pauli et beati laurencii
tenuit x annis. Et fuit tunc
persecutio magna in vrbe / ita ut
clerici liberio contrarii martirio
coronarentur. Passus est et tunc
Eusebius presbiter in vrbe quia liberium esse
hereticum declarauit / quem liberium
postea damasus papa sinodali iu-
dicio publice condempnauit / et
omne quod fecerat annichilauit. Hic

Felix sedit . . . mense . . . coronatur . . . cat° hore°
anno vno natione romanus post
liberium. ~~pro Anastasio~~ / hic fuit
catholicus et constituit ut episcopus
vocatus ad concilium veniat / hic
declarauit Constancium Constantini
filium hereticum esse et secundo rebapti-
zatum ab eusebio Nicomediensi
Episcopo. et ideo ab eodem constancio de
papatu depositus capitis decollatione
martirio coronatur iiii° kalendas augusti.

Damasus . Hic gloria patri instituit. . . . cat hore°
natione hyspanus post liberium An-
thonio sedit annis xviii et
cessauit diebus xxx. hic elegans in versibus
componendis ingenium habuit multa-
que et breuia opuscula metro
heroyco edidit. Huic sanctissimo viro
beatus Jeronimus multa extra religionis
scripta misit. Inter que et duos versus
scripsit scilicet Gloria patri et filio et spiri-
tui sancto. Sicut erat in principio etc.
scopi. abbates, et alii prelati circa mille
Hic in hoc concilio multa bona
constituit videlicet pro subsidio terre
sancte pro electione summi pontificis
pro statu ecclesie vniuersalis. Huius
tempore Rex Romanorum et rex francie cum
multis baronibus pro subsidio
terre sancte cruce signati sunt. hic
papa fuit mire continencie in secu-
laribus nec intendebat lucris
pecuniarum, sed pauperum elemosi-
nis moritur arecii et ibidem se-
pelitur Innocencius v. nat.
burgundus anno domini anno cc
lxxvi, sedit an. v. d. ii. et cessauit d.
xviii. Hic licet multa facere
proposuisset morte preuentus nichil
notabile fecit, moritur rome
sepul. lateran.

Adrianus v. nat. Januen.
eligitur anno domini anno cc
lxxvi. sedit an. i. d. ix. Ro-
me eligitur, et viterbii mo(r)it

37

et ibidem sepelitur et cess. d. xxo
viii. Iste Adrianus fuit nepos
Innocentii iiii et ab ipso in Car-
dinalem promotus a domino Cle-
mente legatus angliam pro gue-
rra que inter regem et barones
exorta fuerat sedanda missus
fuit et hic pro stus statim constitu-
tionem quam pro gg. x. in Concilio
Lugdun. de restrictione cardina-
lium propter electionem summi pont.
accelerandam ediderat suspend.
proponens eam aliter ordinare
set morte preventus. Iohes
xxi nacione hyspanus Anno dom.
m° cc° lxxvi eligitur sedit m.
viii d. i. et cess. m. v. d. vii. hic
ante dictus petrus in diversis
scientiis famosus primo Tusculanus
epus tandem Romanus pont.
fex efficitur et sciarum florem
et pontificalem dignitatem mo-
rum quadam soliditate defor-
mans adeo ut naturali industria
propter carere videretur. In hoc tamen
quamplurimum fuit laudabilis quod
se tam pauperibus quam divitibus
communem exhibens multos eye-
tes studium litterarum amplectentes
fovit et in beneficiis ecclesiasticis promo-
uit. Et cum sibi vite spatium in mul-
tos annos extendi putaret, et
hoc eciam coram aliis asseret subito
cum camera nova quam ipse
viterbii circa palacium construxe-
rat solus corruit, et inter lig-
na et lapides collisus vi° die
post casum sacramentis ecclesiasticis
omnibus susceptis consummavit
Et ibidem in eccia beati laurencii
sepelitur. Nicolaus iii nacione Ro-
mdt annis Quam pontifices hi

conscripti sunt in imo et iiiim° viii
Post Nicolaum tercium Celestinus
Post hunc Bonifacius viii. Post
hunc Clemens. Benedictus xi. Post hunc Be-
nedictus Clemens v. Post hunc Johannes se xxii
uerissimus. Post hunc Benedictus xii.
post hunc urbanus v. post hunc Gre-
gorius xi. post hunc urbanus vi. cuius
tempore scisma incepit. post hunc Bonifacius ix.
post hunc Clemens sextus. post hunc Innocentius
sextus post hunc Innocencius septimus.
post hunc duo contendebant de papatu
videlicet. petrus de luna qui se nominat
Benedictum xiii et angelus Corario
de venetiis. sed per sententiam sinodi pisane
tamquam scismatici de papatu abiecti ~~privati~~
~~et ...~~ precisi sunt. et dampnati.
Deinde in Concilio pisano per Collegium
dominorum Cardinalium electus est dominus
frater Petrus de Candia ordinis fratrum
minorum. et vocatus Alexander quintus.
post quem Johannes xxiii. quo deposito
in Concilio Constanciense electus est
dominus Oddo de Columnis anno xi 1417
die sancti martini. et vocatus martinus v.
Post hunc Eugenius quartus. post
hunc Nicolaus quintus. Post hunc
Calistus tercius. Post quem Pius
secundus. Deinde paulus secundus. post
hunc Sixtus quartus. electus die sancti
Sixti Anno xpi 1471.

Martinus quartus. post hunc
honorius quartus
post hunc Nicolaus
quartus. post hunc
Celestinus
quintus

Incipit Secunda p[ar]s Cronice
in qua tractatur de Imperatori
bus Nota q[uod] Octauianus im
perator traxit genus ab Enea

Post Nati- xl mile
uitatem domini no[st]ri
Ihesu x[risti] Octauianus
Augustus imperauit
annis xliiij gene Ro=
manus Patre Octauiano se=
natore / maternum genus ab E=
nea ducens. Julij cesaris nepos / ad=
optione v[er]o filius / totum mundum
in vna redigens monarchiam /
Nec[?] vir tantus vicijs caruit /
Seruiebat enim libidini Nam
inter xij cathamites totidem q[ue]
puellas accumbere solitus erat
Hunc populi Romani videntes
esse tante pulchritudinis / q[uod] ne=
mo in oculos eius intueri ple=
ne poterat / et tante prosperitatis et
pacis / q[uod] totum mundum sibi tri=
butarium fecerat / dicunt ei te vo=
lumus adorare / q[uia] diuinitas est in te
q[uia] si hoc non esset / non tibi omnia tam
prospere succederent / q[uo]d renuens indu=
cias postulauit et ad se Tibur=
tinam Sibillam sapientem voca=
uit / cui q[uod] senatores dixerant
recitauit / que spacium trium dierum
peciit / in q[ui]b[us] arto ieiunio laborans
post triduum diem respondit imperatori
hoc modo. Versus Sibille Iudicij
signum tellus sudore madescit
E celo rex adueniet p[er] secla futurus
etc. Illicoque apertum est sibi celum
et nimius splendor irruit sup[er]
eum / et vidit in celo quandam pul
cherrimam virginem stantem sup[er]
altare puerum tenentem in brachijs
et miratus est nimis et audiuit vo-

cem dicentis Hec ara filij dei est
q[uo]d statim pronus se ad terram
adorauit / quam visionem senatoribus
retulit / et ipsi mirati sunt nimis
Hec visio fuit in Camera imperatoris
vbi nunc est ecclesia s[an]c[t]e Marie in Ca=
pitolio vbi nunc sunt fratres minores
Et ideo dicta est eadem ecclesia Ara
celi Cum autem Octauianus
de oriente victor reuersus vrbem
triplici triumpho ingressus fuisset
tunc primum augustus eo q[uod] repub
licam auxerit a Romanis est salutatus
Hic prius victis Dacis et Germanorum
copias ingentes prostrauit quo
bello captiuorum xxx milia hominum
ex germania transtulit / et sup[er]
ripam reni in gallia collocauit
Nullus eo in bellis felicior xl mo
annis quibus solus gessit impe=
rium ciuilissime vixit / xij annis
cum anthonio regnauit Hic
gliatus est se vrbem lateritiam in=
uenisse / et marmoream reliquisse
et quamplurimum decorata Anno
eius xxv virgilius brundusij
moritur / sed ossa eius Neapolim
transferuntur Anno eiusdem
xxxv. Oracius poeta Rome moritur
De Taberna emerita Tempore
illo erat transtyberim taberna
famosa q[ue] ideo dicebatur emerita
q[uia] emiliti ea que suis stipendijs
meruerunt / ibi solaciando coopera=
bant. De qua / q[uia] in die Natiuitatis
x[rist]i fons erupit olei ad honorem
b[ea]te Marie virginis constructa
est ecclesia ibidem a b[ea]to Calixto
papa Moritur Octauianus au=
gustus anno vite sue lxxvij apud
atellam ciuitatem Campanie / et

sepultus e in marcio campo/
tēpe augusti computati sūt ciui-
um Romanorum ccc milia et
lxxxx milia/ Priuignus octauiani

xvi° Tiberius imperauit annis
xxiii vsqz ad tēmpus quo
passus ē dominus ihesus
xpistus / hic fuit octauiani priug-
nus et gener nero et filius ad-
optiuus/ satis prudens/ in armis
satisqz fortunatus/ Cui scia lic-
terarum multum incerat/ eloquio
clarior/ sz ingenio pessimus et
insidiosus/ simulans se ea velle
que nolebat / hic xxiii imperij sui
anno etatis vero lxxviii/ cum
nam furore insontes et innoxios
suos parit et extraneos puniret/
cum ingenti gaudio omnium mor-
tuus in campania/ hic ut dicit
Josephus in omnibus factis suis
morosus erat/ vnde cum statuerit
procuratores in prouincijs vix
aut nunquam mutauit eos / huius
ovidius tempore ouidius in exilio moritur//
Poncius pilatus a Tyberio pro-
curator iudee destinatur/ quem
magister in hystorijs natum fuisse
dicit de lugduno / In hoc loco po-
nit Josephus iudeorum hystorio-
graphus de xpisto laudabile testimonium
dicens/ ffuit illis temporibus sapiens
vir si virum ipsum nominare
phas est/ Erat enim mirabilium
operum effector et doctor/ et mul-
tos iudeorum et multos de genti-
bus adduxit/ xpistus hic erat/ Et
multo plura dicit de eius passi-
one et resurrectione / Post passionem
domini/ dictus Tyberius impera-
uit annis v/ Cumqz grauiter infir-
maretur et a medicis desperaretur
audiens quedam de Jerosolimis
quod xpistus diceretur/ quod solo verbo quemcumqz
grauem curaret infirmitatem/
misit quedam principem volusianum
nomine qui ipsum Romam adduceret
reuerenter/ Ez cum volusianus Jeroso-
limam peruenisset et xpistum crucifixum
percepisset/ pylatum presidem iudee co-
gnouit tam vtilem reipublice hominem
de quo tam mira testimonia au-
dierat crucifigi permiserat vinclauit/
Et intelligens apud quandam
feminam nomine veronica suda-
rium xpisti esse/ quod multas virtutes
operaretur/ ipsum recipiens cum pyla-
to Romam adduxit vinclatum/
Pylatus in exilium lugduni ibi
moriturus missus/ Eodem fere tempore he-
rodes qui Johannem baptistam decollauit
cum herodiade in exilium missi
lugduni moriuntur/ hic scele-
Gayus qui ratissimus
et gallicula/ imperauit tribus annis
x mensibus viii / hic scelera-
tissimus fuit duabus sororibus
suis stuprum intulit/ Ex vna ex-
natam filiam cognouit / hic fuit
nepos tyberij cesaris/ Jeronimus
super matheum/ a primo gayo ce-
sare dicit omnes romanorum reges
cesares dicuntur / hic Gayus cum
aduersus cunctos ingenti auari-
cia libidine ac crudelitate seuiret
rome in palacio occiditur/
Claudius imperauit annis lxiiii
xiiii annis vii diebus xxviii / hic
fuit patruus gallicule
britanis intulit bellum quosdam
et insulas vltra britaniam
positas in occeano que appellantur
orchades imperio romano addidit

hic quamplurimum civilis erat/ bis[bo]
annis hominum post mortem consecratus
est divus et appellatur. Hic in eo
vite nullus fuit/ Ita occisa uxore
ore sua paulopost in triclinio
recumbens cum domina non
veniret requisivit/ alioque vino quasi
omni tempore moderatissimus fuit.
Meditatus edictum et legem
statuere/ quo veniam daret fla-
tum crepitumque ventris in con-
viviis emittere cum eo tormen-
ta pudore quedam periclitari au-
divisset. Huius uxor messalina
sicut scribit Juvenalis/ tante fuit
libidinis/ ut in prostibulis primo
clam deinde publice se omnibus
exponeret/ numquam saciata recedens/ sed
lassata nobiles etiam mulieres
ad hoc opus trahebat. Hic cum
despiceret britannicum filium suum uxoris
oris persuasionibus consorte rom-
ani imperii faciens/ Nerone filie
sue maritum designavit impera-
tore/ Unde prelatus est generi filio
ordine prepostero petrus venit
roma. Huius claudii tempore apostolus
petrus venit roma/ et ibi xxv
annis rexit ecclesiam/ et salutarem
fidem predicans potentissimis virtuti-
bus ipsam comprobavit. Huius tempore
fenix avis unica apparuit in e-
gypto que ante quingentos annos
vivere dicitur et postea se ipsam cre-
mando in suo nido renascitur
Est autem ad modum aquile mag-
na cristato capite/ circa collum
fulgore aureo/ posteriori parte pur-
pureo preter caudam. cuius rostrum
roseus ac rutilans scribitur. qui ea
viderunt. hic primam persecucionem

No

Fenix avis appa-
ruerat que usque ad
quingentos annos

lvii°

Nero imperavit/ xiiii annis intulit
annis xiiii mensibus vii diebus xxviii

hic bonum imperium deformavit
et minuit/ Hic piscabatur re-
tibus aureis que serriceis fu-
nibus contrahebantur/ Infinitam
senatus partem interfecit/ bonis
omnibus hostis fuit. prodigia
multa commisit/ scilicet/ uxore matre et
fratre interfectis/ urbe rome in-
cendit. xiiiiannis primam persecucionem mo-
vit/ Postea omnia a romanis destitu-
tus similiter et a senatu hostis
iudicatur. Huius anno vi Jacobus
frater domini qui ab omnibus iustus
iudicatur. primo a iudeis lapida-
tus post pertica fullonis cerebro
occubuit. Seneca cordubensis pre-
mus lucani poete/ preceptor nero-
nis vita et sua prolarius maiesta-
vene et haustu veneni iussu nero-
nis periit Judea romanis rebellis
efficitur/ Hoc tempore Judea Romanis
rebellis efficitur et a Nerone contra
ipsam mittitur Vespasianus/ Nero
ceteris hiis flagitiis suis omnibus addidit
ut sanctos dei Petrum et Paulum
trucidarent. Hic eciam precepit urbis in-
censionem/ et alia multa malefi-
cia quereret. ad penam de palacio
fugit et in suburbano quod fuit
inter Salariam et numentanam
viam ad quartum urbis miliarium
se ipsum occidit/ et a lupis dicitur comes-
tus. De ipso refert Suetonius quod ad-
eo scelleratissimus nullum hominem
quo aliqua parte sui corpus pudicam
vel purum iudicabat. Ideoque suis
ob scenitatem ceteraque delicta li-
bere concedebat. nullam vestem
bis induit/ soleas argenteas mu-
lis fecit. et in nulla re dampnosior
quam in edificando/ Ita palacii sui
largitatis structura ornatusque

S. Jac[obus]
occid[itur]

Sen[eca]
occi[ditur]

ex auro et argento gemmis et
ebore breui sermone non potest com-
prehendi. Cuius temporibus Coliseus si-
ue colosus erigitur huius in alti-
tudine .c.lx. pedes. Galba an-
nis vii. in hibernia Vitellius in ger-
mania Otto rome imperium ven-
dicantes per annum unum sese mu-
tuo casso imperio interfecerunt.

lxxiii tempore lini pape ...

Vespasianus regnauit a-
nnis x. an. xi. et d. lxxiii. Hic
fuit imperator apud pa-
lestinam. Sub hoc iudea romano
cessit imperio. Hic cum filio Tyto
de Iherosolimis triumphauit. et ideo
senatui et populo romano fuit ama-
bilis. Hic profluuio ventris perijt
et cum morte vrgeretur erexit se sta-
tim inquiens decet imperatorem
decedere stantem. Hic a claudio in ger-
maniam et britanniam missus tri-
cesies et bis cum hoste conflixit
et validissimas gentes romano
imperio adiecit. Ierosolima a
Tyto et vespasiano subuertitur et ab
eis omnia ornamenta templi
rome delata sunt et iuxta quod Iero-
nimus in quodam tercio Iohelis prophete
refert in templo pacis posita fuerunt.

Tytus regnauit
annis iii amabilis vir
omnium virtutum adeo ut
delicie humani generis diceretur tante
liberalitatis fuit ut nulli quicquam ne-
garet dicens. Nullum tristem ab
imperatore debere discedere asserens
se illum diem perdidisse quo nichil
dederat. Tantus autem luctus eo
mortuo in vrbe fuit ut omnes quasi
mortem suam deflerent. Et licet pri-
us quam magnarum virtutum fuerit
filius longe [illegible]

Flagiciosissimus frater tyti.

Domicianus regnauit annis xv.
an. v. Hic frater tyti fuit pri-
mis annis moderatus
imperio sed mox ad ingentia vi-
cia progressus omnes quasi se vitauit
interfecit cum nobilissimos ex se-
natu dominum et deum primum se ap-
pellari iussit nullam nisi auream
vel argenteam statuam in Capito-
lio passus est poni. Consobrinos
suos interfecit. Johannes euangelista
in Pathmos insula relegatur.
Secundam post Neronem paganus intulit
persecucionem et propter sua scelera inter-
fectus est a suis in palatio anno
etatis sue xxxvi. et cum dedecore
sepultus. Cuius tempore passus est
Dyonisius ariopagita cum socijs
suis et sanctus lucianus beati petri discipulus
quos beatus Clemens compererat
predicandi causa in galliam mittendo.
Istius tempore edificatum est templum
pantheon quod nunc sancta maria
rotunda dicitur. Factum est autem hoc
modo. Senatores persas (?) perpetes
rebellasse cum Marcum agrippa
vrbis prefectum illuc mittere vo-
luissent et ille renueret petens
trium dierum inducias delibe-
randi. Et cum quadam nocte super
hoc cogitando obdormiuisset appa-
ruit ei quedam femina dicens quod si
promitteret se facturum unum templum
ad honorem ipsius sicut ipsa eum
doceret vinceret eius aduersarios asserens
se vocari Cybelem matrem omnium
deorum. Agrippa vero cum hoc promisisset
et mane consurgens visionem
senatui retulisset missus cum
magno apparatu nauium et quoque

2a persecucio paganorum
lxxxv
tempore cleti

legionibus militum persas victo-
riosissime triumphans debellauit
Johannes ewangelista redit ab exilio

n Nerua anno i mensibus iiii regnat
Iste omnia que domicianus
fecerat dampnauit unde
et johannes ewangelista liberatur
ut redeat / *per malos consiliarios
mouit terciam persecucionem in christianos*

Tempore anacleti pape Traianus imperauit annis
xix Iste assyria et babilo-
nia capta ad Indie fines
post Allexandrum accessit / hic
non per se sed per malos consiliarios
terciam christianis iussit inferri perse-
cucionem / hic ex familia hyspa-
na natus in ytalia apud agripinam
in gallys imperator factus est / hic
post augustum fines imperii ro-
mani longe lateque ampliauit
et usque ad fines Indie processit
in mari rubro classem instituit
ut per eam fines indie vastaret
Rome Et per prouincias omnibus
se equalem exhibens amicos suos
salutandi causa frequentans vel
etiam egrotantes cunctis liberalis
existens / Qui post ingentem et
magnam belli gloriam de perside
rediens apud seleuciam per fluxum
uentris moritur / ossa vero eius
in urnam auream collocata rome
delata in foro quod ipse edificauit sub
columpna posita sunt cuius alti-
tudo habet c xl pedes / Hic solus
omnium intra urbem sepultus est
et inter diuos relatus / Huius
hoc insigne memoriale est quod in
senatu principibus non aliter
acclamatur felicior augusto / me-
lior traiano Sub eo passus est
beatus Ignacius discipulus beati Johannis
ewangeliste / Apud Anthiochenus
qui troyano de victoria *Ignacius
passus est Nomen de suo corde aureis
litteris inscripto* / redeunti mortem christia-
nis comminanti occurrit et se christia-
num confitens ferro vinctus ro-
mam ducitur / Cuius cor cum
minutatim diuisum esset nomen
christi in singulis partibus litteris aureis
inscriptum est inuentum / Eo tempore
floruit eustachius cognomento
placidus magister milicie Traiani
imperatoris cui in venacione inter
cornua cerui christus apparens in
cruce plura predixit / qui cum uxore
et pueris baptizatus sicut christus
predixerat multa cum filiis et ux-
ore aduersa sustinuit / Pantheon
rome fulmine concrematur et
denuo reparatur / plinius orator
et hystoricus floret Qui mitiga-
uit imperatorem Traianum seuientem
in christianos a persecucione eorum scri-
bens imperatori In christianis nichil
posse reperire nisi quod ydolis non
sacrificant / et quod christum verum deum
surgentes ante lucem laudarent
Huius tempore Symon cleophas co-
sobrinus Jacobi apostoli qui ei in episcopa-
tu successerat Jerosolimis cruci
figitur *Nepos Troyani*

Adrianus regnat annis xxi Iste
rebelles iudeos secundo sub-
iugauit / Urbemque Jero-
solimam restaurauit / non iudeos
sed alias gentes in ea collocando
Iste fuit in omnibus gloriosus / le-
ges multas condidit et columpnam
in urbe suo nomini fieri iussit
Qui licet Troyani nepos esset
tamen glorie Traiani inuidens / statim
tres prouincias videlicet Syriam ches-

potamia et Armeniam quas
Traianus addiderat reliquit.
Idem de dacia facere conantem
sed amici eius deterruerunt quia tray-
anus victa dacia de toto orbe
Romano imperio infinitam hominum
multitudinem ad urbes et ad a-
gros colendos transmiserat. Pace
tamen omni tempore imperii sui habuit
facundissimus latino sermone
et greco eruditissimus fuit dili-
gentissimus circa erarium et mili-
tum disciplina. Obiit in Cam-
pania imperii sui anno xxi. Se-
natus vero noluit ei tribuere
divinos honores quos tamen successor
eius multo conatu vix obtinuit
a senatu. Iste restauravit Ierosolimam
lima precepit ne cui iudeorum daretur
licentia intrandi, sed tantum christianis.
Et illo tempore factum est quod locus passio-
nis christi esset intra muros qui prius
extra fuerat. Et quia ipse vocabatur
elyus adrianus, voluit quod Ierosolima
nomine suo elya vocaretur.
Sub adriano passa est beata vir-
go Seraphia anthiocena ma-
nens in domo nobilissime femine
sabine quam sua doctrina convertit.
Unde sancta Sabina quia collegisset ossa
beate Seraphie accusata martirio co-
natur. Floruit etiam isto tempore secundus
philosophus qui philozophatus est omni
tempore silencium servans. Causa vero
silencii alibi dicetur. Hoc tempore
Aquila grecus ponticus secundus inter-
pres mosaice legis floret. Hic
adrianus precepit, ut nemini liceret
christianos sine obiectu criminis aut
probatione dampnare. Hic postquam re-
publicam iustissimis legibus ador-
navit et bibliotecam athenis

mirando opere construxit obiit in Cam-
pania. Huius tempore greco more
misteria christianorum in orientali
ecclesia tunc primum celebrata sunt
qui prius hebraice celebrabantur
usque ad illud tempus quasi centum
annis. Hucusque fuit divina ebrai-
co more celebrata vide in ante

Anthonius. Deinde greco (c ħo. pius de christianos.)
pius cum filiis regnavit
annis xxiii. Iste ob hoc
tale cognomen accepit quod de omni
regno tantumbus retentis cre-
ditorum debita relaxavit. Iste
gener adriani circa christianos pius
fuit et ideo tranquille regnavit
quasi merito pius et pater dictus fuit. Era-
rium tamen opulentum reliquit et
rempublicam ampliavit. Post
morte autem eius tamquam romulus
colebatur apud ortum ville sue
Obiit miliario ab urbe xii.° in-
duos translatus est et merito con-
secratus. Hoc tempore galienus me-
dicus de pigamo oriundus rome
claret. Hoc tempore floruit pompeius
trogus natione hyspanus qui totius
orbis a tempore Nini regis assiriorum
usque ad monarchiam cesaris latino
sermone deduxit hystorias, distin-
guens per libros xliiii.° quorum
abbreviacionem fecit Iustinus
eius discipulus. Iustinus philosophus
anthonio pio librum de christiana
religione composuit sicut tradi-
dit et benignum eum fecit christianis.
Hic Anthonius adeo pius fuit
quod nulli acribus esset querendi.
bonis honorem quod dicitur tale verbum
dixisse Malo exemplo Scipionis

cam

anno… / … habitant / … Ierosolima

helius

vini tiue ſuae, q̄ mille hoſtes
occiderit. Huius anthonii filia
fauſtina nomine cū vidiſſz gla-
diatores duos ſimul cum gladiis
ludere, exarſit in amorem ſꝑit⁹. q̄ cū
languere cepiſſz filia ipa viro
ſuo marco anthonio cām pate-
fecit, q̄ p conſilium medicorum
chaldeorum ipm̄ gladiatorem
fecit interfici z ſanguine illius
fauſtine corpus perungi, maxime
in illa pte corpis ubi libido co-
cupiſc vehementius inflamat,
quo facto mox ceſſauit temptacio
et infirmitas. Huius anthonii
tpe floruit ptolomeus aſtrono-
mus vir mirabilis i mathema-
ticis, q̄ addidit in Aſtronomiā
q̄ eet totum q̄ ante eū erat i ca-
ſtrum. Fuit autē educatus
Alexandrie, z cum inſtrumentis
aſtronomicis obſeruauit aſt̄a
p tpe ptibus imperatoris in Alex-
andria et ibidem fuit. Erat enim
ſtatura moderatus, colore albus
fortis ī pacia cibi redolente
hns anhelitum z veſtimenta
nitida. Compoſuit autē libros
multos almageſta pſpectiue
et i iudiciis quodam prutum, et
centilogium z multos alios, ypo-
cit annis hippocrom, de pue-
ris etiā ſuos ht i ſig⁹ e. Int̄
omnes altior exiſtit q̄ nō curat
i cuius manu mundus ſit, et ht
q̄ p alios nō corrigitur, alii p
ipm̄ corrigentur, z ht vltime
pmiſſiones hominū tanī ſilt.

Roma incepit hr̄e duos impatores
vnū in oriente, z aliū ī occidente

Marcus Anthonius cum
lucio aurelio comodo
imparauit a. xxx. Roma

ptolomeus

incepit hr̄e duos impatores
Iſte optimus fuit, qui a ſuis mo-
ta e parans pſecu⁰ quta. Huius
tpe primo reſpublica z eq⁰ iure
imperium aminiſtrantibus paruit,
Mortuo tamē altero Anthonius
ſolus rexit imperium, et tū in ori-
entis aſia, q̄ in occidente gallia
multi ſunt martirio coronati. In A-
ſia ſcs policarpus, alii cū xii
cum eo de philadelphia. In gal-
lia ſcus vienenſ epus nomine
Iuſtus et fontinus Epus lug-
dun cum magna multitudine
martirio coronantur. Que Marcum
Anthonium quis plene laudare
poſſit. A principio enim vite ſue
tranquillus fuit adeo ut ab
infancia ſua vultum nec ex gau-
dio mutauit nec merore i ſtud
philos litteris tam grecis q̄ latinis
eruditiſſimus fuit. Hic ad nul-
lum eventum elatus prouincias
ingenti bonitate et moderamine
tractauit in dando munerum
p⁹ victorias munificus, hic in
pannonia mortuus ab hominibus
ſtatim conclamantibus inter
divos e relatus. Per idem temp⁹
floruit egiſippus famoſus hyſ-
toriographus. Huius tpe floruit
bta virgo praxedis, que iugiter
ſctorum corpa ſepeliendo ipa orauit
ut tranſiret ex hoc mundo exau-
dita e. Hic p⁹ bellum qd habuit
contra germanos ſlauos gal-
cos et ſarmatos cū iam erario
exhauſto nichil haberet qd mi-
litibus daret, volens nulli
moleſtus eē, magis elegit vaſa
ſua aurea z ornatum vxoris
z multa alia ornamenta alienare

q(uod) ſenatum vel p(ro)uincias gra-
uare, ſ(ed) victoria habita no(n) ſolu(m)
illa recuperauit, verum (et) o(mn)ib(us)
prouincijs tributa relaxauit.

No(ta) de eugenia filia philippi no-
bilis romani q(ui) prefect(us) alexan-
drie ordinat(ur) (et) de ſuis protho et iacincto

hyppo° peſſimg[?] uti

Comodus p(ost) Anthoninu(m) imperauit a(nnis)
xiij. Cum lucio aurelio [?]
lo Anthonino. Theodocion tercius
interpres habetur et hyreneus
Ep(iscopu)s lugdun(ensis) inſignis in doctri-
na habetur. Hic comodus antho-
nini filius nichil primum habuit
n(isi) q(uod) germanos feliciter oppugna-
uit. Septembrem menſem ad
nome(n) ſuum reducere conatus
ut comodus diceretur. Vxoris ob
ſtemitate[?] deputatus i(n) amphite-
atrus cum h(uius)mo(d)i hominib(us) dimica-
bat. obijt morte ſubita. Cu(m) multa
extitere homini(bus) ut hoſtis gen(er)is
humani eet iudicatus. Iſte d(ic)t(u)s
comodus cunctis incomodus ui-
t(a) domo veſtali d(ici)t(ur) ſtrangulatus.
Hic philippum illuſtrem roma(nu)m
i(n) egiptum ut prefectus alexandr(ie)
eſſe direxit. Cuius filia eugenia
cum duobus eunuchis ſuis pro-
tho et iacincto clam a p(at)re q(uia)
gentilis in virili habitu diſcedens,
eugenium ſe vocans baptizat(ur)
et monachi i(n) monaſterio effecti tu(n)c eu-
genius mortuo abbate p(re)latus
efficitur. A quadam femina me-
lancia nomine q(ue) in ip(su)m oculos
defixerat, q(uia) ſibi no(n) conſenſit tam(quam)
oppreſſor accuſatur cum omnib(us)
monachis, et dum captus ad tor-
menta ducer(etur), coram p(re)fecto laniat(is)[?]
veſtib(us) oſtendit ſe filiam eius euge-
niam, et eunuchos prothum et
iacinctum adeſſe. Fit magnum
ſit p(at)ri gaudium (et) baptizatur.
ſ(ed) melancia infamiator ictu ful-
minis concrematur. Origenes

Helius. erudit(ur) ſtudijs
p(er)tinax (et) ſeuerus impera-
uit a(nnis) xviij. Hic elius
ſupplicante ſenatu ut vxorem
auguſtam et filium ceſarem
faceret renuens ait, ſufficit ſibi de-
bere q(uod) ipſe regnaret inuitus. Ta-
men ſedicione p(re)toria nouorum
militum et ſaluij ſcele(re) iuliani[?]
obtruncat(ur). Symachus tercius
interpres habetur. Narciſſus Ep(iscopu)s
Ieroſolimis multis virtutibus cele-
bratur. Tertulianus afer i(n) eccl(es)ia
inſignis inuenitur. Origenes
alexandrie ſtudijs eruditur. He-
lius p(er)tinax vir grandeuus in-
uenitur. In omnibus equus,
Nu(m)q(uam) accepit munera, nu(m)q(uam) ad i. ſed(?)
ulciſcendum ſ(ed) doctus e(st), q(ui) ſexto
menſe quo ceperat imperare inter-
emptus e(st). Seuerus v(er)o gen(er)e
afer imperauit annis xvij. Hic
bellicoſiſſimus fuit et l(itte)ris grecis
(et) latinis eruditiſſimus, ad acq(ui)-
rendum diligens, et ad dandu(m)
liberalis. Seuerus eciam q(ui)ntam q(ui)nta p(er)ſecucio
exercuit in xp(ist)ianos p(er)ſecucionem
In qua multi ſ(an)c(t)i p(er) diuerſas p(ro)uin-
cias paſſi ſ(un)t. Inter quos fuit leon-
cius p(ate)r origenis capite ceſus
origenem adhuc tenere etatis
cum vij fratribus et m(at)re vidua re-
linquens. Hic origenes xvij
agens annum ſic peritus erat
in gramatica, q(uod) de ipſa docendo m(at)rem
(et) fr(atr)es ſuſtentabat. Tunc et
b(ea)t(u)s hyreneus paſſus e(st) cu(m) ingen-

multitudine Seuerus vero mort[uus]
in britania que modo d[icitu]r anglia ebo-
raci et nouissimum bellum in bri-
tania habuit, sed bella multa gess[it]
Parthos vicit et arabes, multaque
de toto orbe romano imperio recu-
peravit, qui etiam preter bellicam
gloriam ciuilibus studiis et phylosophia
clarus fuit, et ut prouincias acquisi-
tas omni securitate muniret val-
lum p. c. xxxii m passuum a mari
usque ad mare deduxit. Hic primum
fisci aduocatus, deinde per diuersa
officia ascendendo peruenit ad imperium.
cc·xij° Anthonius caracalla rex
thalla imperauit annis
vij. et seuerinus filius
eius, Hic fuit seueri imperatoris
filius et pessimus. hic cum aduersus
parthos bellum pararet mortuus est
apud edissam ciuitatem anno im-
cc·xix° perij sui vij°. Macrinus annum
cum filio suo ob inuidiam trucida[tur].
cc·xx° Anthonius annis iiij. Hoc tempore edi-
cio sacrarum scripturarum inuenit[ur]
in nicopoli. Sabellius heret-
icus nascitur. Hic anthonius in-
pudicissime et obscenissime vixit
adeo ut nullum genus libidinis
esset quod non exerceret. Interfectus est a
tumultu militari rome cum matre sua.
cc·xxiij° Alexander regnauit annis xiij. hic
militarem disciplinam seuerissime rexit, periit in gallia
tumultu militari et in maguncia
origenes floret dicollatur. Eo tempore origenes post apostolos
super omnes in ecclesia dei scientia et elo-
quentia et vita floruit. Tunc in-
cepit diuersos libros compone[re]
preter alios vij scriptores iuuenes
et vij puellas qui ex ore ipsius diuer-
sorum librorum materias conscri-
bebant. Et tanta scripsit quod ubi

vero fatetur se legisse v milia vo-
luminum conceptis epistolis quas di-
uersis scripsit, de ipso est prouerbium
quod qualis fuit eius vita talis et
doctrina. Nam super lectum nunquam
iacuit, calcios nunquam induit, car-
nes nunquam comedit, vinum nunquam
bibit sicut legitur in ecclesiastica hystoria.
Et cum sanctissime vite fuit et doctrine
mirabilis, conciliant tamen magni
doctores de erroribus qui sibi impo-
nuntur sicut eusebius cesariensis
Et Rufinus presbiter aquilegiensis scri-
bens ad Jeronimum, et multi alij.
Et dicunt quod post mortem suam heretici
ad obfuscandum preclarum nomen
suum libris suis heretica inseruerunt.
Mamea mater imperatoris christiana ori-
genis auditrix fuit et aliorum
doctorum christianorum. Ob hoc impera-
trix a filio occiditur. Sanctus ypo-
litus portuensis episcopus claret. Hic
fuit magnus persecutor ecclesie
Maximinus regnauit annis iij.
iste primus ex militari corpore
absque decreto senatus im-
perator efficitur, christianos persequitur
germanos et parthos vicit. Tandem
deserentibus eum suis militibus
a pompeio aquilegie cum filio
suo adhuc puero occisus est in bello.
Gordianus regnauit annis vi. Fla-
bianus reuelatur testimonio
spiritus sancti in specie columbe
super caput eius descendentis rome episcopus
ordinaretur. Iste gordianus persis
deuictis triumphaliter veniens roma[m]
prope urbem fraude philippi occisus
est. Et floruit affricanus scriptor
nominatissimus. Primus christianus
Philippus cum philippo filio
suo regnauit annis vij. Hic primus

xpianus imperator fuit. Cuius
eciam primo anno Millesimus annus
urbis rome completus fuit. propter
quod romani mirabilem sollempnitatem
fecerunt quia tribus diebus et
tribus noctibus in multo gaudio
pernoctaverunt. Hic baptizatus a
beato poncio martire in Luca civitate
provincie, ambo isti ab ... sunt
interfecti. Post Rome. filius veronensis
qui filius adeo serenissimi animi fuit
ut nullus cuiuscumque figmento
ad ridendum solum potuisset. Isti
duo imperatores thezauros suos
beato Syxto et ecclesie dimiserunt. quos
decius iunior, qui non imperator sed ce-
sar fuit a beato laurencio require-
bat ut dicitur in legenda sua.
Iste philippus senior adeo in fide
christi perseverat ut propter peccata sua
confitens et penitenciam agens coram omni
multitudine communicaret. vii
lv° Decius. i. persecucio christianorum.
regnavit an. ii m. iii. Iste in
omnibus malus sed im-
prudens in armis fuit. Odio ha-
buit pauperes, et septimam christianis
intulit persecucionem. hic de inferiori
panonia natus in bello lombar-
dico est occisus. Cyprianus episcopus floret
liiii° Gallus cum volusiano r. a.
ii m. iiii. ventris inglu-
vie periit. Ciprianus episcopus
Carthagine floret. hic redactus
est in servitutem ignobilem
lvi° Valerianus cum filio suo
galieno regnavit a. xv. Iste
gotiam greciam macedoniam
depopulavit. Iste in Ierosolima et
in Mesopotamia bellum gerens
a Sapore rege persarum victus est
et in ignobilem redactus servitu-
te. Nam quamdiu vixit rex ... eiusdem

provincie pedem cervicibus eius
imponendo solitus erat equum
ascendere. hic in principio sui im-
perii multum est christianos persecutus
et multus sanguis sanctorum est
effusus. Passus est Cyprianus mar-
tir et lucius papa. Galienus vero
postea rempublicam laudabiliter
regens post in lasciviam resolutus
deteriorata republica fraude au-
reli ducis sui occisus est. hic non
fuit imperator sub quo passus est
beatus Sixtus et laurencius
Decius quidem a valeriano
et galieno in imperatorem
creatus est, sed non fuit im-
perator. et dictus est decius iunior
et ab isto sanctus Syxtus et beatus
laurencius et beatus ypolitus
passi sunt sub persecucione valeri-
ani. Paulus primus heremita here-
mum intravit. Cuius sanctitatem
plurimi postea secuntur. hic
persecutorem christianorum templa sol
Claudius regnavit / edificavit cc. lxx°.
a. i. m. viii. Iste gothos
ylliricam macedoniam
devastantes consupat. et victis
alemannis morbo interiit.
Aurelius regnavit annis v. cc. lxx°.
Iste persecucionem faciens
christianis fulmine corripitur
sed non moritur. hic dacus in bello
potens. quique Gothos strenue
vicit. hic primus apud romanos
dyadema capitis imposuit ge-
mmis. hic muris validioribus
urbem cinxit. Templum solis
edificavit. in quo multa auri
gemmarumque posuit. Portine
carnis usum instituit. hic ad
gallias veniens crudelia edicta

edidit contra xpianos zenonis
demens sanctam columbam et
omnes xpianos interficeat. Alta
siodori multos martirio coronauit
Ciuitatem gallie que Gene-
drebatur nomine suo Aureliana
vocauit. occiditur a filiis suis fran-
do et inter diuos est relatus. hic
nichil dignum egit.

ccLxxvi Tacitus regnauit anno uno mensibus vi. Iste fuit
egregius prudens et lar-
gus. Nichil tamen potuit
ostendere morte preuentus.

Probus regnauit annis vi mensibus iiii
ccLxxix Iste duos reges vicit. Ma-
No de manicheis nicheus hereticus hic
surrexit. hic fuit perses genere
acer ingenio moribus barbarus
manes primo dictus postea a
mania manicheus quia hic asse-
rebat duo esse principia unum
boni et aliud mali, unum lucis
et aliud tenebrarum, et multos
sui erroris reliquit fautores. Ex
hiis imperator apud Sirmiam
necatus est militari tumultu

ccLxxx Florianus regnauit annis ii. hic
in mansa bona dicitur mortu-
us nichil dignum fecit
ccLxxxii Carus cum filiis suis Ca-
rino et numeriano regnauit
annis ii. Iste in omnibus malus per-
uo flumine interiit cum filiis.

Duo persecutores xpianorum unus
in oriente alter in occidente xx durant annis

No. Dyocletianus et Maxi-
mianus v annis xx. hic
Dyocletianus obstinatus
diuinis libris adustis xpianos
in toto orbe persequitur x annis.
Iste primus gemmas vestibus
et calciamentis iussit inseri cum
omnes retro principes sola purpura
vterentur. Tandem veneno pe-
riit et hic oriundus de dalma-
cia maximianum quedam cesarem
fecit mittens in Gallias contra
populum rusticanum qui manu col-
lecta Romano se opponebat
imperio, quos idem compescuit
Sed in ipso itinere thebea legio
cum beato Mauricio preerat cum
sacrificare ydolis nollet a prefa-
to maximiano sedunio gallie
loco agauno pro xpo libenter occu-
buit. Interim dyocletianus in
oriente, maximianus in occiden-
te iusserunt basilicas ecclesias et
interficia xpianos, que persecucio fere
omnibus anterioribus durior
erat. Nam per x annos durauit
parijs edictis iubentur diuine
legis libri comburi, ecclesie vbique
diruuntur, et placita ecclesiarum te-nu-
dari, et generaliter non etas non
sexus non condicio excipitur qui
non sacrificantes trucidentur
Tunc in urbe Gayo papa martirio
coronato Marcellinus eligitur.
Cuius tempore tanta ius persecucionis
efferbuit, ut infra xxx dies xvii
milia promiscui sexus per diuer-
sas prouincias martirio coronantur
Ita ut et ipse Marcellinus papa
timore ductus ydolis ymolaret
Sed per penitentiam rediens se ipsum de
papatu deponens a dyocletiano
martirio coronatur. Ipse dyocletiani
iiii coronati ictibus plumbatarum
vsque ad mortem cesi sunt. Horum
nomina cum primo reperiri non pos-
sent statutum est quod eorum nomina
sub nominibus aliorum v martirum
scilicet Claudij Nicostrati Castorij
Simphoriani et simplicij colerentur.

qui p[ost] duos annos a passione
petrorum m[arty]r[um] passi s[un]t. Eadem
persecutione passa e[st] in urbe Anas-
tasia v[ir]go Sebastianus Agnes
Lucia. Mediolanis vero Ger-
vasius et Prothasius. Agatha
virgo Gorgonius · quintinus et
Crisogonus. Eodem t[em]p[or]e ap[u]d
Egeam passi s[un]t Cosmas et Da-
mianus uno die mundo et celo
spiritu et carne gemelli. Apud
Frigiam tota civitas una xpiano-
rum undique ne fugere possent
circumdata cum omnibus concre-
mata e[st]. In Britania que et anglia
tunc pene tota xpianitas deleta e[st].
Tunc passus e[st] Georgius mar-
tir. Eodem t[em]p[or]e cum dyoclecian[us]
sanctam Luciam Rome p[ro] fide xpi verberibus
iuberet cruciari, tortor eius fact[us] e[st]
lapideus manu eius carnea re-
manente. Et ideo nomen loci illius
ad manum carneam usque hodie
d[icitu]r et e[st] arcus circa s[an]c[tu]m Martinum

cc x° Valerius · r · a · ii · cu[m] Con-
stantino et Licinio. Iste
Constantinus hyspaniam
sibi subiecit et filiam regis Bri-
tanie Helenam nomine accepit co-
cubinam. **No[ta] de Nativitate Consta-
tini magni et de duobus imperato-
ribus.** De qua genuit Consta[n]-
tinum magnum, qui tandem Ebora-
ci in Britania obiit. Et Constan-
tinum filium suum de Concu-
bina generatum imperatorem Galla-
rum reliquit, qui factus imperator
civibus et concivibus et omnibus
acceptus fuit, veniensque Romam
contra Maxentium qui Romam
fecerat imperatorem, qui adeo ple-
nus viciis fuit quod nullum vicium
ipsum effugeret. In signo cruc[is]

quod sibi consilium fiat in visione di-
cat. Sub isto Maxentio passa e[st]
b[ea]ta Katherina. **passa e[st] s[an]c[t]a v[ir]go Katherina** cc xi°

Constantinus
imperator · x · a · xxx · an · r ·
d[ies] xi · hic magnus dictus
effectus e[st] xpianus et licentiam dedit
xpianis congregandi · et basilicas in
honore ihu xpi construi fecit. Huius
t[em]p[or]ibus heresis arriana oritur. **heresis arriana dampnatur**
Nicenumque concilium a Constan-
tino ad condempnandam hanc here-
sim congregatur. ccc xviii episcoporum
in quo concilio beatus Nicolaus
mirreorum episcopus legitur affuisse. Do-
natistarum scisma oritur a quo-
dam donato afro qui gradus mo-
ritatis ponebat in personis. Iste
devictis Maxentio Licinio et Se-
vero imperatoribus a Silvestro
papa cum mundande lepre baptizatus e[st]
unde omnes imperiales dignita-
tes pape contulit, et ipse in Consta[n]-
tinopolim transivit. Constantinus
autem in extremo vite sue ab Euse-
bio Nicomediensi episcopo rebaptizatus
et in arrianum dogma prolapsus
quidam scripserunt. Sed de hoc de
Constantino mendose d[icitu]r, quia beatus
Gregorius in Registro cum loquitur Mau-
ricio cum bone memorie appellavit.
Et in hystoria tripertita eius opera
atque acta bona inveniuntur. Nam
et orientalis ecclesia Constantinum sanctorum
cathalogo connumerat et festum de ipso
agit xxi die Maii, et super p[re]b[et] omni[um]
ipsum beatus Ambrosius magni
merita apud deum dicit, quia impera-
tor viam fidei et devotionis reliquit
principibus. Sed ea que mendose
de premisso Constantino dicta sunt
de Constantino filio eius omnia
vera esse inveniuntur. Non enim velis-

i. deuocionem

unile e tante deuocionis princeps
sit despexisse ut baptismum quem
a beato Siluestro susceperat, per quam
se et corporaliter a lepra, et spiritualiter
a peccato mundatum cognouerat
et ipsum xpm in baptismo se vidis-
se protestatus fuit, sic viliter ut
rebaptizaretur contempsisset, verum
ipse peccuniam quam habuit ad
cultum xpi religionem et pecuniam
quam habuit ad clerum reuere-
nciam creditur hec ab aduersariis
fidei fictum esse. Nam in tantum cultum
xpi dilexit ut mox baptizatus xpia-
norum ecclesias mandaret vbique
erigi. Ipse etiam in palacio suo
lateranensi, ad honorem ihesu xpi que

Rō.

nunc dicitur basilica saluatoris fun-
dauit, ut vniuersitas sciret nulla
in corde suo circa fidem xpi esse du-
bitacionem vel errores per tanta vesti-
gia remansisse, quam beatus Sil-
uester papa sollempniter consecrauit.
Que dedicacio usque hodie tamquam
prime ecclesie non solum rome, sed
eciam in circuitu in regionibus ce-
lebratur sollempniter. Cuius conse-
cracionis tempore ymago saluatoris
non opere humano sed diuino tunc

De ymagine diuinitus depicta

primum populo romano picta in muro
apparuit que manet usque hodie.
Et cum idem pontifex statuit
vbique in ecclesiis habere altaria la-
pidea in predicta ecclesia non erexit
altare lapideum sed ligneum an-
tiquum stabiliuit. Est enim illud
altare in quo beatus Petrus et alii
sui successores usque ad tempora Siluestri
dicuntur celebrasse. Tunc enim
seuiente persecucione ecclesia non erant
Episcopalis in vrbe stacio sed vbique po-
terant siue in criptis siue in cancellis
siue in domibus sicud illud virorum
aut mulierum missam celebra-
bant super illud altare ligneum
quod erat concauum velud archa
habens .iiii.or circulos in angulis
per quos .iiii.or presbiteri ad locum cele-
bracionis deferebant, et ob re-
uerenciam beati petri et aliorum
successorum pontificum statuit Siluester
ut nullus nisi romanus pontifex
super illud celebret, quod usque ho-
die tenetur, sed intra ipsam depo-
sita mensa nullus celebrat nisi
summus pontifex, que mensa de-
ponitur in cena domini et non re-
ponitur nisi in Sabbato post baptismum.
Constantinus autem Nicomedie
moritur, et paulum ante cometes
magnus apparuit, manifeste in-
dicans mortem eius. Hic arrianus
factus persequitur xpianos

Constantinus cum Constancio
et Constante fratribus impera-
uit annis xxiiii. hii filii
Constantini magni fuerunt.
Hiis fratribus dimicantibus racione ui-
res consumuntur, post quam solus Consta-
cius triumphans imperium obtinuit
et xpianus fuit quem duces constanci
fratris sui peremerunt, et deinde im-
perio assumpto Constancius
arrianus factus est, et toto orbe per-
sequitur xpianos. Cuius eciam fauore
fretus arrius dum Constantinopoli
ad ecclesiam pergeret aduersus xpianos
dimicaturus de fide ducentes
per forum constantini ad necessitatem
ventris viscera eius repente simul
cum vita sunt effusa. Donatus arte
gramatice scriptor et preceptor Ieronimi
illustris habetur. Anthonius monachus
moritur. Ossa beati petri apostoli

Andree et beati luce evangelistarum co-
stantinopoli deferuntur qui hic
persecutus defensores fidei Alexan-
drinum Anastasium Eusebium
vercellensem et hylarium qui
postea revocati sunt. Dyonisius
autem mediolanensis et paulinus
treverensis in exilio obierunt
Huius Constantini timore
Julianus apostata ne occideretur
ab ipso fit monachus. Fuit enim
Nepos Constantini magni de
fratre eius procreatus. Unde cum iam
Constancius fratrem Juliani occi-
disset Julianus timens ne idem
sibi faceret primum monachus fuit
deinde fugiens per diversas pro-
vincias magos et ariolos si
imperator fieri posset requisivit
Cui cum quodam mago mediante
demon respondisset accepto ab ipso
fidei christiane renunciacionem impe-
rium futurum imperatorem predixit quod post-
ea factum est. Julianus apostota

ccc lxii — Sanctus Martinus.

Julianus regnavit a. ii. m. v-
iii. Hic Julianus apostota
fuit. Huius tempore beatus Martinus
relicta milicia floruit. Iste ne-
pos Constantini fuit qui tamen im-
perium corrupuit ut eos christiana
religione dimitteret. Hic tamen
in secularibus quam in divinis libris
eruditus a fide et a vita declinavit
monastica. Qui a Constancio ce-
sare fratre suo capitaneus vel magister
militum contra gallos et alemman-
nos missus ipsos subiecit. Et e-
latus contra Constancium
augustum se erexit. Post mor-
tem autem Constancii factus augustus
christianos primo cepit honoribus ip-
sos privans. Primo quidem eos
alliciens honoribus et blandi-
ciis. Deinde tormentis ad ydola-
triam. Deinde varia edicta contra
christianos statuit. et tunc multi martirio
sunt coronati. Inter quos Johannes et
paulus constancie Constantini
magni filie cubicularii. Item
Cyrillus dyaconus et multi
alii in terra marique perempti sunt
Ipse etiam licenciam dedit iudeis
templum iersolimis reedifi-
candi. Qui ex omnibus partibus
congregati quod magnis laboribus
construxerant per terremotum fun-
ditus destructo et locum eorum opus
deseruerunt. Cum vero contra
persas ad bellandum processisset
transiens per cesaream capadocie
multa obprobria beato Basilio il-
lius civitatis episcopo et christianis et
comminationes futuras inferens
beatus Basilius orans et ieiunans
cum christianis vidit beatum Mercu-
rium militem precipiente beata
virgine dudum ante mortuum quo-
dam sepultum. ut se et suum fi-
lium vindicaret exire. Quod et
factum est. et blasphemans cla-
mavit vicisti nazarene vicisti

Jovinianus regnavit an. i. Iste — ccc lxv
christianus fuit et cum rege per-
sarum sed sopore corruptus.
Juliani sepeliret sic constituit

Valentinianus cum fratre va- — christianus fuit ccc lxv
lente regnavit a. xi. et de Cy-
balensi panonia natus
Hic sub Juliano augusto cum fide
christianitatis magna gereret et scu-
tariorum tribunus esset. man-
dato accepto sacrilegi imperatoris

aut ymolare ydolis aut mili-
cia cedere / miliciam sponte dimi-
sit / ꝟ paulo pꝰ iuliano mortuo
iouinianoqꝫ mortuo q̄ p note
xͥ dimisit tribunatū pꝯsecutor
succedens / accepit imperiū / hic
Saxones gente in littoribꝰ occe-
ani virtute ⁊ agilitate terribi-
les romanis subiugauit. Hic a-
no imperij sui xi cum sarmate
sese p pannoniam diffudissent
castaqꝫ vastarent / dum bellum adū
sus eos pararet apud opidum
Brigonensem subito fluxu
sanguinis expirauit ¶ ffuit autē
hic imperator egregius / vultu deco-
rus sollers ingenio sermone
cautissimus q̄ꝗ ad loquendum
paruus / hic fratrem suum valētem
q̄ pꝰ cum filio suo valentiniano
imperauit iiijᵒʳ annis volētes
psequi xp̄ianos eo q̄ arrianus
erat tpe quo vixit compescuit / hꝰ
valentiniani tpe ⁊ hortatu btī
Ambrosius factus est epūs medio-
lanen hic tres impres regnār

cc lxxvi°

Valens cū gra- rome
ciano et valentiniano
r · a · iiij · Isti tres impa-
tores dignitates rome optie
tenuerunt ⁊ actus gloσos ro-
me fecerunt / hoc tpe claruit
Ambrosius mediolan̄ ¶ Anno
imperij valentis tercio q̄ impa-
uit Constātinoꝉ· iiijᵒʳ gentes
sciate · i · Gothi · ypogoti · Gippe-
des ⁊ wandali vnam linguam
hītes nomine tantum diuersi
subpticio agmine danubiū tra-
sierunt / hic valens arrianus
effectus et multas xp̄ianis psecu-
tiones faciens a Gothis i bel-

lo pemptus est hic legē dede-
rat ut monachi militarent
nolentes vero militare fustibus
ad mortem cederentur hic bonus
xp̄ianus · ytalia cessat ab heresi

ccc

Gracianus cū valentinia-
no fr̄e et Theodosio · r · a ·
vj · Per idem tempus xp̄ia-
norum templa iubente theo-
dosio destructa reparant ¶ hic gra-
cianus cū inestimabile milia
hostium contra se cernēt apud
argentina opidum alemanie
fretus xͥ potencia omnes deui-
cit Ita plusquā xxxᵗᵃ milia ale-
mannorum interemit / et hec illi
cultura verē fidei xp̄iane contulit
Ita cū hucusqꝫ ad ipius tpa
ytalia heresi arriana languerēt
ad veram fidem eam hic reduxit
¶ ffuit ecia gracianus litteris instruc-
tus · ꝑcius cibi ⁊ sompni / ac li-
bidinis victor / cunctisqꝫ bonis
plenus obijt rome · hic fuit xp̄ia-
nissimus imperator · translacio fit
noui et veteris testamenti

ccc xvii

Theodosius cum valenti-
niano · r · ā · xi · huiꝰ tpe
ingens scisma fuit iter
Iudeos ⁊ paganos / hic destruxit
templa ydolorum / Sub isto trans-
tulit Ieronimꝰ vetus et nouū
testamentū / Ambrosius pꝰ hyla-
rium ympnos composuit / Ar-
senius rome claret monachus fc̄s
ex senatore / Augustinꝰ cū eēt
manicheus ad fidē conuertitur
Iste xp̄ianissimꝰ imperator fuit
hostes suos nō tm̄ ferro vel mil-
titudine ꝟ ieiunio confisus et orōe
psternauit hic ppt virtutē pfectē
ecc̄e a barbaris summe diligeba-

d. m.

Vn multe gentes ad ipsius in-
ductum relictis erroribus et
ydolis ad xpm sunt conuerse
Hic orientis et occidentis partes
pacifice possidens apud mediola-
num est defunctus / Cuius corpus
eodem anno in Constantinopoli
est translatum / Fuit autem hic
Theodosius propagator reipublice
moribus et corpore Troyano simi-
lis uictoris et communis et solo ha-
bitu se deferre putans a ceteris in
omnes honorificus uerum effu-
sior est in bonos Hic est similis
Troiano in moribus

xx

Archadius et honorius r.
a. xiii. Huius temporibus do-
natus episcopus clarus hic
Qui draconem ingentem conspu-
ens in ore ipsius necauit quam
iiii iuga boum ad locum incen-
dii uix trahere potuerunt ne ae-
rem putrido eius cadauere cor-
rumperet. Per idem tempus corpora
sanctorum abacuk et michee prophe-
tarum produntur. Augustinus
quoque episcopus doctrina et sapientia clarauit /
Huius tempore priscillaniste et pelagius
heretici fuerunt. Hic Archadius
fuit filius theodosii magne
uirtutis et prudentie homo. Huius
tempore Albericus rex Gothorum
ex affrica ueniens ytaliam
intrauit / cepit romam et igne
ferroque uastauit. dato prius pre-
cepto illos qui in sacro loco pa-
tuerunt i. basilicas apostolorum Petri et
Pauli se reciperent securos esse
Deinde per Apuliam et Cala-
briam in affricam properantes.
Albericus subita morte apud
Consentium defunctus est

Gothi uero casentinum amnem diuer-
tentes albericum in medio alueo
cum multis opibus sepelierunt
amnem post in proprio meatu reddentes
regem artalfum alberici nepo-
tem constituentes romam redeunt
et si quid residuum fuit more
consumunt locustarum / Eo tempore cla-
rissima urbis loca fulminibus
diruta sunt que ab hostibus combu-
ri nequibant. Post Gothi de urbe
recedentes Gallam theodosii fi-
liam sororem archadii et honorii
secum auferunt / quam sibi astulfus
matrimonio copulauit. qui post rei-
publice multum utilis fuit et
necessaria Astulphus

ccc x

Honorius cum theodosio
minore fratris filio imperat
annis xv. Huius temporibus
Gothi romam ceperunt / wandali
quoque hyspanias et gallias occupat
et uastat. et radagaisus rex gotho-
rum a romanis occiditur. Hoc tempore
pelagius aduersus xpi gratiam er-
roris sui dogma predicat / ad cuius

Pelagius heretic

dampnacionem apud carthaginem
cc. xiiii episcoporum Concilium congre-
gatur. Hoc tempore Cirillus alexandri-
nus episcopus claruit. Hic honorius
filius theodosii et frater archadii
fuit. Huius tempore heraclianus co-
mes cum tribus milibus et septingentis
nauibus ex affrica romam te-
dens occursu Comitis Constan-
cii quem honorius bellis preferrerat
sic contriuit ut solus capta na-
ui karthaginem rediret / ibique
peremptus est. His diebus papa
ente honorio fauente Constancio
populus apud affricam hereticis
pax ecclesie redditur. Tunc apud

Augustinus floruit

Hypponam floret augustinus

episcopus quibus eius temporibus apud beth
Johannes moritur — leem palestine beatus johannes xci
etatis sue anno migrauit ad xpm.
Fuit sane honorius moribus et
religione patri suo theodosio similis
Cuius temporibus eius bella mul
ta surrexerant tamen nullo uel mo
dico sanguine sunt sedata, hec cle
mentia honorii qui cunctis prom
nebat faciente. Nam cum sibi diceret
cur rebelles non occideret, inquit uti
nam michi possibile esset et mor
tuos suscitarem.

Anno cccc xxxv° — Theodosius iunior cum Va
lentiniano genero suo
imperauit annis xxvii. Hic
accepto imperio statim Valenti
nianum amite sue filium cesarem
fecit. Genus wandalorum ab his
paniis ad affricam transit et
vastat, ubique fidem catholicam
